

TELLS

9

UVA B345C.1v.119.1

mli bet exiguu corpis modulo
 a nullum corpus uere pureq
 In quo th n possunt tam multa
 cognitione discreta. Cum enim q
 muenre n dubito noui utiqz q
 emam n posse mueniri ut p d
 y n e. unum enim si n nossem: n
 possem. vanaqz au nouim n uti
 p corpus sensum n noui n corpi
 n ee conuincunt. porro si unum
 n utu numeru eo sensu pcept
 eroy quos mllia ceruunt. Qu
 uocetur. quociens h unum cui
 sit. cuiusqz corpusculi p dimidia
 n constat. h e q dimidiam s
 tes mcorpe ut nec qe simpli due
 u uocatur duo qm ut h illud q
 ut dimidia. i. illud ipm q simpli
 e ptem dimidiam ut tertia m
 mplex e uere unum e. De m qm
 eroy p unum duo uidemur qu
 duplus inuenitur. duplus duoy
 qz interposito ternario quaternari
 am. et hec rō p omnes ceteros m
 mimitabili lege pten ditur. ut p u
 meroy qo excepto p m sit. quid
 uitur. post scdm autē i. post du
 duplum est ut. post duo enim p
 uis. duplus scilicet. post triam. i. tri
 equi duplus e euit. p tertium e
 ut e quaternarius. scilicet quinaris
 ey. atqz ita p quartum qo exce
 uis. p quartum em. i. quina
 nari. tercius septenari
 ti. atqz ita p omnes
 roy. i. uno
 uo p

em re potuero. dñm eē dñm. Qd
illare. quo i ea rō est inferior. s; q
plane. Nam ipse huictuero m de
ntire. s; queso te. si n̄ inueneris e
nisi q̄ eternum atq; i commuta
dicere: Nam q̄ corpi mutabilia
i qua corpi ammatur p̄ affectus
arere manifestū ē. & tu rō cum
ntitur. n̄ n̄ mittit. & an̄ p̄ emt.
p̄ofecto eē conuincit. qd si nu
nto. neq; p̄ tactum neq; p̄ gust
an̄ res. neq; p̄ oculos neq; p̄ utu
e ipam cernit eē nun̄ aliquid & i
im inferiore illum optet dñm sup
atebor dñm quo nichil n̄ p̄ uis eē
m̄ satis erit ostendere eē aliquid
um eē. aut si aliquid supra ē
t. quare siue supra sit aliquid su
t deum eē cum ego q̄ promisi eē
diuante monstra uero. ✚
faciam. s; prius q̄ ro utrum cer
uus. an uero tu. ut si sit n̄ meu
on ita eēt nō possem p̄ oculos me
u uideret. ✚ Concedo p̄orsus q̄
i singulos nos h̄ie sensus uident
t alios ceterorum. s; enim solum
u quis uimū q̄ al̄ nō audiat
en si quisq; sentire qd̄ alius n̄ i
u n̄ ituum & meu sensum n̄
p̄ illo etiam sensu interiore an.
id Nam & ille utiq; sensu men
trius. Nam tō plerumq; interog
m hoc etiam ego uideam qz e
n̄ in equi interogāt
ut suam. qñ qu
telligit nō

119

UVA. BHSC. IyR_119_1

UVA. BHSC. IyR_119_1

Aristote. Sta-
gyrite Meteororum Libri
quatuor: cum Auer. cordu-
bensis exactiss. commenta-
rijs denuo acutissime tra-
ductis: ac deniq; caracte-
ribus qui apprime ad in-
ueniendas cuiuslibet capi-
tū sentētiās cōducūt in mar-
gine adiectis. Que omnia si
recte cōspexeris (ni fallor)
tā strenuē diligentia inue-
nies: vt nullatenus nos dā-
nare possis.

¶ Veniuntur Lugduni apud Sci-
phonē de Sabiano in vico mercuriali.
¶ Cum gratia et privilegio.

*del Collo della Camp de sud
Vato dote etto Sumar*

THE HISTORY

OF THE
CITY OF
NEW YORK
FROM
1624 TO
1784
BY
JOHN
B. HENNING

VOLUME I
NEW YORK
1852

¶ Aristotelis Stagyrice Meteororum Liber Primus: cū Auerrois comētarijs nuper traductis: fauste incipit.

¶ Capitulum primum.



O primis quidem igitur causis nature: et de omni motu naturaliter. Adhuc autem de (scilicet) superiore latronem) preordinatis astris: et de elementis corporalibus: quot: et que: et de ea que inuicem permutantur: et de generatione et corruptione communi. dictum est prius. ¶ Reliqua autem pars huius methodi est adhuc consideranda quam omnes

priores meteorologiam vocabant: hic autem sunt quecumque accidunt: secundum nam quidem inordinatorem: tamen ea que primi elementi corporum circa locum maxime propinquum latroni astrorum puta de lacte et cometis et ignitis: et motus phantasmatibus: et quecumque ponemus utique aeris esse communes passiones et aqua. ¶ Adhuc autem terre quecumque partes: et species: et passiones partium: ex quibus et spiritibus et terremotibus considerabimus omnes causas: et de omnibus que fiunt secundum motum horum in quibus hoc quidem dubitabimus: hoc quidem attingimus aliquo modo. ¶ Adhuc autem de fulminum casu et tymphonibus: et intentionibus: et alijs circulationibus: quecumque propter coagulationem accidunt passiones ipsorum horum corporum. ¶ Pertraheutes autem de his speculabimur si quid possumus secundum inductum modum assignare: de animalibus et plantis: et vltimis: et sigillatim: fere enim his dictis finis utique factus erit omnis eius que a principio nobis electionis.

A
Nā min⁹
sibi cons
tans.

¶ Capitulum secundum.



Sic igitur incipientes dicamus de ipsis primo. Quoniam enim determinatum est prius a nobis vnumquodque principium corporum ex quibus constat circulariter latronum corporum natura: alia autem quatuor corpora propter quatuor principia: quorum duplicem dicimus esse motum: hunc quidem a medio: hunc autem ad medium. Quatuor autem existentibus his: igne: et aere: et aqua: et terra: omnibus quidem his supereminens esse ignem: substans autem terram: duo autem que ad ipsa his proportionaliter se habent: aer quidem igni propinquior alijs: aqua autem terre. Qui itaque circa terram totam mundus ex his constat corporibus: de quo secundum accidens passiones dicemus. Est autem ex necessitate continuus iste superioribus latronibus ut omnis ipsius virtus gubernetur inde: unde enim motus principium omnibus illam causam putandum prima. Adhuc autem hic quidem perpetuo et fine motus non habens loco: sed semper in fine: hic autem corpora omnia finitis distant locis adinvicem. Quare

B
de situ ele
metorum.

C

Liber Primus

accidentium circa ipsum ignem quidē et terrā et syngenea his vt in materie specie eoz q̄ fiunt causas opz putare. Subiectū enī et patiens appellamus hoc modo : qđ autē sit causa vt vnde mot⁹ principū eā que semp motorz causandū virtutē.

Capitulum tertium.

Utrū sol⁹
aer existat
inter diuī
nū corp⁹
et terram
et aquam



Nefumens igitur eas que a principio positiones: et deter/
minatas prius determinatiōes: dicam⁹ et de lactis phā/
tasia et de cometis: et alijs quecūq; existūt his syngenea
entia. Dicimus itaq; ignem: et aerē: et aquā: et terrā fieri
ex inuicē: et vnū quodq; horz in vno quoz existere potētia: sicut et
alioz quibus vnū aliquid et idem subicit in qđ etiā resoluuntur

Terra.

D vltimū. **P**rimo quidē dubitabit vtiq; quis. circa vocatū aerē:
quā opz accipere ipsius naturā in mundo ambientē terrā: et quō
se hz ordine ad alia dicta elemēta corpoz. **A**holes quidē est vtiq;
qđ terre qđta quedā vtiq; sit ad ambientes magnitudines nō im
manifestū. **I**am est vīsum est per astrologica et theorematā a no
bis: qđ multo quibusdā astris minor est. **A**que autē naturā cōstan
tem et separatā neq; videmus: neq; cōiungit segregatā esse ab eo
quod circa terram locato corpore: puta a manifestis mari et fiumi
nibus: et vtiq; si quid in profundo immanifestuz nobis est. **I**nter
medium itaq; terre et vltimoz astroz vtrum vnuz aliquid putā
dum esse corpus fm naturā: aut plura: et si plura qđta et vsq; quo
determinata sunt locis. **N**obis quidē igitur dictū est prius de
pulmo elemēto quale fm virtutē est: et qz rotus qui circā latrones

Qđ nā ce
li non sit
ignea.

Inter
Superiores mundus illo corpore plenus est: et hanc opinionē non
solum nos existimamus habentes: videt autē antiqua quedā exi
stimatio ipsa et priorz corpoz. **D**ictus enī ether antiquā accepit
appellationem: quā Anaxa. quidē igni idem putasse: mihi igni
videtur significare. **S**uperiora enim plena igne esse: et ille eam q̄
ibi potentia ethera vocari putauit: hoc quidē recte putans. **Q**đ
enim semper corpus currens simul et diuinū aliquid fm naturam
visi sunt existimare et determinauerunt nominari ethera qđ tale
tanq; nulli eorum que apud nos idem existens. **N**on enim vtiq;
dicemus semel neq; bis neq; raro easdem opiniones reiterare fa
ctas in hominibus: sed infinites. **Q**uicūq; autē ignem purū esse
atunt qđ ambiens et non solum lata corpora: qđ autē inter medium
terre et astrozum aerem cōsiderantes vtiq; nunc ostensa per ma
thematica sufficient: et forte vtiq; desisterent ab hac puerili opi
nionē. **V**alde enim simplex putare vnum quodq; latozū esse par
uum magnitudinibus: quia videtur aspicientibus nobis hinc.
sit dictū quidem et igitur prius in his que circa superiozem locū
theorematibus: dicemus autē eandem rationem et nunc. **S**i enī
et distantie plene igne et corpora constarent ex igne: olim ambila

tum utiqz esset vnumquodqz alioz elementoz. ¶ At vero neqz aere solo plena. Multum enim utiqz excederet equalitatem communis analogie ad coelementaria corpora: z etiã si duobus elementis plenus qui intermedium terre z celi locus est: nulla enim vt est dicere pars terre est moles in qua cõteta est: z omnis aque multitudo ad ambientem magnitudinem. Videmus autem non in tanta magnitudine factum excessum molium cum ex aqua disgregata aer fiat: aut ignis ex aere. Necessesse autem eandem rationem habere quantã habet tantilla z parua aqua ad factũ ex ipsa aereni z totum ad totam aquam. Videtur autem nihil neqz siqs dicat quidem nõ fieri hoc ex inuicem equalia tamen virtute esse: fm enim hunc modum necessarie est equalitatem virtutis existeremagnitudinibus ipsorum: quemadmodum utiqz si facta ex inuicem existerent: Quod quidem igitur neqz aer neqz ignis tantum replet intermedium locum manifestum est.

¶ Capitulum quartum.



Aliquum autẽ perscrutãtes oportet dicere quomodo ordinata sunt duo ad primi corporis positionem. Dico autem acreamqz z ignem: z propter quã causam caliditas a superioribus astris sit his que circa terraz locis.

De aere igitur dicentes primo sicut supposuimus dicamus sicut de his iterũ. Si itaqz sit aqua ex aere: z aer ex aqua: propter quã quidem causam non constant nubes fm superiorem locum: conueniebat enim magis quanto remotior a terra locus z frigidior: quia neqz sic prope astra calida existentia est: neqz prope radios a terra refractos: qui prohibent prope terram consistere disgregãtes caliditate consistentias. Fiunt enim nubium cõgregationes vbi desinunt iam radis propter spargi in immensum. Aut igitur non ex omni aere nata est aqua fieri: aut si similiter ex omni qui circa terram non solum aer est: sed velut vapor propter quod iterum consistit in aquam. At vero si tantus existens aer omnis vapor est: videbitur utiqz multum excedere que aeris natura: z que aque. siquidem superiores distantie plene sunt corpore aliquo: et igne quidẽ impossibile: quia ericarentur alia utiqz oia: relinquit autẽ aere: z qd̃ circa terrã totã aqua: vapor: em̃ aque disgregatio est. De his quidẽ igitur dubitatũ sit hoc modo.



¶ Nos autẽ dicamus simul et ad dicenda determinantes z ad nunc dicta: quod quidem enim sursum z vsqz ad lunam dicimus esse corpus alterum ab igne z aere: quoniam immo z in ipso hoc quidem purius esse: hoc autem minus sincerum et differentias habere: et maxime qua desinit ad aerem et ad eum qui circa terram mundum. Lato autem primo elemento circulariter: z corporibus que in ipso quod propinquũ

¶

3

2

Celi hz ptes differentes et quomõ.

Liber Primus

semper inferioris mundi & corporis motu disgregati accendit & facit caliditate. Opz autē intelligere sic: & huic incipientes: qđ est sub ea que sursum circulatione corpus velut materie quedā existens & potentia calida: & frigida: & sicca: & humida: & quecumq; alie his assequuntur passiones sit talis: & est a motu & immobilitate: cuius causam & principiu diximus. In medio quidem igit & circa mediū est: qđ grauissimū & frigidissimū est segregatum a terra et aqua. Circa hoc autē & habita his aerq;: & quod propter cōsuetudinem volumus ignem. Non est em̄ ignis: excessus em̄ calidi & velut feruor est quod ignis: sed opz intelligere dicti a nobis: aeris qđ quidē circa terrā velut humidū & calidum esse propter vaporem & exhalationem habere terram terre. Quod autem super hoc calidum tam & siccum est: vaporis enim natura humidū & calidum: exhalationis autem calidum & siccum: & est vapor qđ potentia vt aqua: exhalatio autem potentia vt ignis. Eius quidem igitur qđ in eo qui sursum loco non constare nubes hanc existimandam causam esse: quia non inest aer solum: sed magis velut ignis. Nichil enim prohibet propter eam que in circuitum lationem prohiberi constare nubes in superiori loco: loco enim necessarium omnem qui in circuitu aerem quicumq; intra peripheriam capitur definitam: vt & terra spherica sit tota: videtur enim et nunc ventorum generatio in stagnantibus locis terre: & nō excederet ventos altos montes. Fluit autem aer in circuitu qui simul trahitur cum totius circulatione: ignis quidem est cum eo qđ sursum elemento: cum igne autem aer continuus est: quare et propter motum prohibetur congregari in aquam: sed semp quecūq; pars ipsius grauetur extruso calido in supiorē locū deorsuz fertur exhalato igne. Alia autem in parte aer simul fertur sursum exhalato igne: & sic continue hoc quidem perseverat aere plenus existēs hoc autem igne: & semper aliud et aliud fit vnumquodq; ipsorum. De eo quidem igitur quod est non fieri nubes neq; in aqua cōgregationem: & quomodo oportet accipere de loco inter medio astrozum & terre et que est corpore plenus tāta dicta sunt. De facta autem caliditate quam exhibet sol magis quidem s̄m seipsum: & diligenter in his que de sensu conuenit dicere. Calidū enim quedam passio sensus est. Propter quam autem causam fit non talibus existētibus illis s̄m naturam dicendū & nunc. **U**t demus itaq; motum qđ potest disgregare aerem & ignire: & vt lata liquefacta videantur sepe. Eius igitur quod est fieri estum et calorem sufficiens est efficere & solis latio tantum. Velocem enim oportet & non longe esse: que quidem igitur astrozum veloc quidem: longe autem: que autem lune deorsum quidem: tarda autē: que autem solis ambo hic habet sufficienter. Fieri autem magis

simul cum sole ipso caliditate rationabile sumentes simile ex his
 que apud nos fiunt: et enim hec violentia latus vicinus aer maxime
 fit calidus: et hoc rationabiliter accidit maxime enim motus solidi
 disgregat ipsum: propter hanc igitur causam pertingit ad hunc locum
 caliditas: et quia ambiens ignis per aerem spargit frequenter mo-
 tu: et fertur violentia deorsum. ¶ Signum autem sufficiens quod qui
 sursum locus non sit calidus neque ignitus est discursus astrorum:
 ibi quidem enim non fiunt: deorsum autem quantum que magis moue-
 tur et citius: igniantur citius. Adhuc autem sol qui maxime esse vi-
 detur calidus: videtur albus: sed non igneus existens.

¶ Capitulum quintum.



¶ Is autem determinatis dicamus propter quam causam flamma
 accense apparent circa celum et discurrunt sidera: et voca-
 ti a quibusdam dali et eges: hec enim omnia sunt idem et propter
 eandem causam: differunt autem per magis et minus.

¶ Principium autem horum aliorum multorum hoc est: calefacta enim terra a
 sole exhalationem necessariam fieri non simpliciter: ut quidam putant:
 sed duplicem: hanc quidem magis vaporosam: hanc autem magis
 fumosam: hanc quidem eius quod est in terra: super terram humidum
 vaporem: hanc autem ipsius terre existentis sicce fumosam: et ha-
 rum spumofam quidem supereminere propter calidum humidio-
 rem autem subesse propter pondus: et propterea hoc modo ordina-
 tum est quod in circuitu. Primum quidem enim sub circulari latrone est
 quod calidum et siccum quod dicimus ignem: in nominatum enim quod: com-
 mune in omni fumosa disgregatione: attamen quia maxime natum
 quod tale exurit corporum: sic necessarium uti nominibus: sub hac autem na-
 tura aer. Quod autem intelligere velut hypercauma hoc quod nunc dixi-
 mus ignem ordinatum circa ultimum spheræ: que circa terram ut mo-
 dico motu sortiens exuratur sepe sicut fumus: est enim flamma
 spiritus sicci ardor. Qua igitur maxime opportune se habet ta-
 lis consistentia: quando a circulatione mota fuerit aliquantulum exu-
 ritur. Differt autem secundum hypercaumatis positionem: aut multitu-
 dinem: siquidem enim latitudinem habeat et longitudinem: hyper-
 cauma multotiens videtur accensa flamma velut in area arden-
 tis stipule. Si autem longitudinem solum vocati dali et eges et
 sidera: siquidem plus hypercauma fuerit secundum longitudinem et la-
 titudinem quando quidem quasi scintillat simul combustus: hoc
 autem propter ignem secundum modica quidem: ad principium autem eges vo-
 catur. Quod autem sine hac passione dalus: quoniam vero longitudines ex-
 halationis per modica et multipliciter disperse sunt et similiter secundum
 latitudinem et profunditatem sidera putata volare fiunt. Ali-
 quando quidem igitur motu exhalatio exusta genera ipsa: aliqua
 do autem sub frigore consistente aere extruditur: et segregatur

Flamma

Vapor.
exhalatio

Ignis.

Aer.

Flamma

Torres.
Capte.

Volatia.
Sidera.

Liber Primus

calidum: ppter quod z latto ipsoꝝ assimilatur magis plectionis
 f sed non exustioni. ¶ Dubitabit autē quis. vtrum velut que sub
 Qñto sy- dera di- scurrētia gñantur. Solutio. lucerna posita exhalatio a superiori flamma accendat inferioꝝ
 lucernā (Mirabilis enim z huiusmodi velocitas est: z similis p-
 iectionis: sed non vt alto z alio facto igne) aut plectiones eius de
 corporis sunt discursus. ¶ Videtur autem itaqz ppter ambo et
 enim sicut z lucerna fit: z quedam ppter expelli piciuntur velut
 que ex digitis elabentia vt z in terrā z in mare videantur caden-
 tia: et nocte et per diem serenitate existente videntur: deorsuz au-
 tem iaciuntur: quia coagulatio ad deorsum inclinat ppellens: p-
 pter quod z fulmina deorsum cadunt. Omniū enim hoꝝ genera-
 tio non exustio: sed segregatio ab expulsionē est: qm̄ fm̄ naturaz
 Caliduz. calidum sursum natum ferri omne. Quecūqz quidem igitur ma-
 gis in supremo loco consistunt exusta fiunt exhalatione: quecun-
 qz autē demissius segregata pp̄ concernit z infrigidari humidioꝝ
 rem exhalationem: hec enim congregata et deorsum tendens p-
 pellit inspissata z deorsum facit calidi plectionē. ¶ Propter po-
 Sydera sitionem autem exhalationis qualitercunqz contingat posita la-
 cadentia vt pluri- mū descē- sūt i obli- quum. titudine et pfunditate sic fertur: aut sursum aut deorsum aut ad
 exhalatio latus. plurima autem ad latus: pp̄ duabus ferri lationibus. vto-
 lentia quidem deorsum: natura autem sursum: omnia enim secu-
 dum diametrum feruntur talia pp̄ quod z discurrentium syderū
 plurima obliqua fit latto omnium: itaqz hoꝝ causa quidē vt ma-
 teria exhalatio: vt autem: mouens aliquādo quidem que sursum
 latto. aliquādo autē aeris concretū coagulatio. oia enim hec sub
 luna fiunt. Signum autē apparens ipsoꝝ velocitas similis exis-
 tis que a nobis piciuntur: que quia ppe nos sunt multum vidē-
 tur velocitate ptergredi astraqz z solem lunam.

Capitulum sextum.

z phantaf- matiū cāe
 20
 Apparent autē aliquādo nocte serenitate existente con-
 sistentia multa phantasmata in celo: puta hyat⁹ z bo-
 thynt z sanguinei colores. Causa autē in his eadē.
 cum enim manifestus est constans qui sursum aer et
 ignitio aliqñ quidē talis fit vt flamme videantur ar-
 dere: aliqñ autem velut dālisferatur: z sydera nullum incōueniēs
 si colorat idem iste aer constās omnimodis coloribus: p spissus
 enim transparent minus lumen z refractionē suscipiens aer om-
 nimodo: colores faciet: maxime autē puniceū aut purpureū: quia
 hi maxime ex igneo z albo apparēt pmixtis fm̄ superappositio-
 nes velut orientia astra z occubētia si fuerit cauma: z per fumū
 punicea apparēt: z refractionē autē facit cum speculū fuerit tale:
 N vt nō figurā: s; colorē suscipiat. Quare nō multo tpe maneāt h̄
 Duratio. cōsistētia cā velox exis: hyat⁹ aut disruptio lumine ex obscuro z

nigro facit putare habere aliquā pfunditatē. Multoties autem ex talibus ⁊ dali excidunt cum congregantur magis: concretum autem amplius vorago videtur: oīno autē in nigro albus multas facit varietates velut flamma in fumo: de die quidem igitur sol prohibet: nocte autē puniceo excepto: alij propter simillē colorationem nō apparent. ¶ De discurrentib⁹ quidem igitur astris et ignitis: adhuc autē ⁊ de alijs talib⁹ phantasmatis⁹ quecunq; festinas faciunt phantasias: has existimare opz causas.



Inceptum in hoc libro narrare intentionē cuiuslibet libri ex libris preteritis: ⁊ dicere locum eius sicut ordinem: postea declarabit intentionē huius libri: ⁊ illud quod remansit super ipsum: postq; locutus erit in hac scia. ¶ Et dicemus. q; ipse q; iam locutus fuit de primis principijs cuiuslibet constituti per naturam: ⁊ locutus fuit cum hoc de accidentibus vltibus entib⁹: sicut tempus ⁊ locus: ⁊ reliquis de quib⁹ oportebat loqui circa illa principia. Et hoc totum in libro de physico auditu. ¶ Et conueniēs fuit hoc quod fecit. s; q; iste liber precedat in doctrina reliquos libros: q; est vltis vt declaratum est. ¶ Et locutus fuit postea etiā de partibus mundi simplicibus. Et de formis eorū: ⁊ de accidentibus cōibus eis: ⁊ hoc in libro celi ⁊ mundi. ¶ Et conueniēs etiā fuit: vt iste liber sequatur in doctrina physicum auditu: ⁊ precederet reliquos. Ipse enim est liber primus in quo considerat de qualibet re ex rebus sensatis. Et ideo inceptum in eo prius de simplicioribus eis: ⁊ declarauit formas eorū: ⁊ accidentia inuenta in eis.

Ordo librorū
tōs
rius scie
nālis.
Videin. r.
phy. i suo
plogorbt
agit de or
dine libꝝ
phy.

¶ Et cum completus hoc: fuerunt etiā hic res cōmunes cuiuslibet rei de rebus particularibus ⁊ corruptibilibus ⁊ corruptibilibus ⁊ sunt motus generationis ⁊ corruptionis simpliciter rei simplicis ⁊ compositae: ⁊ motus alterationis ⁊ augmentationis: locutus fuit postea, etiā de his rebus: ⁊ posuit illa per que constituuntur oēs isti motus vlt: hoc in libro de generatione. ¶ Et etiam hoc fuit necessarium. s; vt iste liber sequatur post librum celi ⁊ mundi ⁊ precedat alios. Nam ex quo intentio sua oīno fuit loqui de quolibet ente ex rebus particularibus generabilibus ⁊ corruptibilibus: inceptum prius loqui in isto libro de rebus vniuersalibus: sicut fecit in de physico auditu cum declarauit res communes cuiuslibet rei naturalis: siue fuerit eterna siue corruptibilis: siue composita: siue simplex. ¶ Et postq; completa fuit ab eo hec consideratio: vult considerare in hoc libro de rebus que inueniuntur in elementis ex accidentibus ⁊ aduenientibus: hoc in elementis. s; aere ⁊ terra: de conuersionibus: ⁊ de pluuijs ⁊ terremotib⁹ ⁊ tonitruis ⁊ fulminibus: ⁊ ideo vocatur liber iste de signis superioribus. ¶ Et conueniēs etiā fuit prius loqui de istis q; de alijs rebus particularibus: q; sunt magis simplices q; reliqua composita. Non enim hic inueniuntur a completionē cuius agens sit decoctio: sed causa in productione eorū est vna ex duabus exhalationibus. s; a calida ⁊ sicca fumosa: vel a frigida ⁊ humida: vt declarabitur. Et hoc totū in tribus primis tractatibus huius libri: in quarto autem lib. ipse inuestigat de generatione corporum homogenerū. Et dat differētias eorū vlt. Nā illud quod dixit de intentione generationis cōpositi in lib. de generatione nō est sufficiens in hoc. Sed ibidem locutus fuit de hoc in gñe vlti eius: hic autē cōpleuit suā intentionē. ¶ Postea autē ipse considerabit de quolibet gñe entium particularium generabilium ⁊ corruptibilium: ⁊ inceptum loqui de p̄pinq;iorib⁹ ex eis ad elementa ⁊ de magis simplicib⁹: ⁊ in

Meteorologica
logica.

Liber Primus

mineralia. Et dicitur ea per q̄ q̄libet genus eorū cōplect. Et dat cās accētū q̄
 adueniētū q̄ inueniūtū in eis. ¶ Post hoc autē cōsiderat de vegetabilib⁹ in
 libro distincto. Cū autē cōpleuit hoc ibidē p̄cessit in cōsideratiōe de aialib⁹
 bus simplr: et de oibus reb⁹ q̄ inueniunt in eis de aia et corpore et de accētū
 tib⁹. Sed cōsideratio de mēbus simplicib⁹ et cōpositis eorū et de cās agentū
 bus eorū et finalib⁹. s. vtilitatib⁹ est in lib. q̄ vocat de aialib⁹: et hoc in decem
 tractatib⁹ vltimis huius libri. ¶ Cōsideratio autē de aia et de partib⁹ ei⁹ est
 in li. de aia. Ipse est loq̄ de sēsatis et sēsib⁹ et dīsijs eorū vltimis: et hoc in li. de
 sensu et sensato. Nā illa q̄ delectata sunt de hoc in li. de aia sunt res vles. Et
 sīr loq̄tur de reliq̄s potētū particularib⁹ q̄ inueniūtū. aie de somnijs et
 miniscētia in tractatu separato. Locut⁹ ē et in tractatu separato de motu
 locali aial. Et dicit ea q̄d iste mot⁹ p̄ficiē. Nā iā declaratū est in lib. dē aia
 potentia per quam fit iste motus: et vniuersaliter iste inuestigat de accētū
 bus que insunt aiali in eo q̄ aial sicut somn⁹ et vigilia et inuentus et sene
 crus et inspiratio et mors et vita et sanitas et gritudo. ¶ Ordo autem istoz
 librorū manifestum est q̄ d̄ esse talis. Nam liber in quo loquitur de mē
 bus animalium et eorū vtilitatibus p̄cedet libru de aia. Nā hec sūt ma
 terie aie. Reliqua autē q̄ diximus sunt post libru de anima. Sed iste ordo in
 cōsideratione animalis aliquid eius est necessariū: aliqd autē s̄m melius.
 Quidam autē ex his libris quos narrauimus inueniuntur ab Aristo. q̄daz
 autē non. Et nos loquemur de quolq̄ istoz si deus plōgauerit vitam: et da
 bitur cum hoc nobis ocium. ¶ Redeamus ergo ad illud in quo fuim⁹ de
 cōsideratione huius libri. Arist. autem inceptit hic supponere quedā q̄ iā
 declarata sunt in preteritis: et se h̄nt tanq̄ radices posite: et principia illius
 de quo vult loqui in hoc lib. ¶ Dicamus igitur. iam declaratum est in lib.
 celi et mundi q̄ corpora simplicia sunt quinq̄ quatuor elementa et corpora
 celestia. ¶ Et declaratum est ibidem q̄ quatuor sunt opposita in graui
 tate et leuitate et caliditate et humiditate et frigiditate et siccitate. Et quod
 ex eis est aliquid leue simpliciter: et est ignis: et graue simpliciter: et est ter
 ra: et graue et leue simul: et sunt aer et aqua. Et declaratum est ibidem quod
 terra est in concauitate aque: et aqua in concauitate aeris: et aer in conca
 uitate ignis: et ignis in concauitate celi. ¶ Usus etiam est in lib. de gene
 ratione et corruptione q̄ ista inueniuntur quedam in quibusdam s̄m mis
 rationem et s̄m vicinitatem: et maxime terra. Nam videtur sensui q̄ tria ele
 menta sunt in ipsa. s. ignis et aqua et aer: et hoc per opationem corporum ce
 lestium in eis. Ignis autem v̄ q̄ sit in loco eius simplicior omnibus: nam
 reliqua elementa habent aliquam grauitatē in locis suis: sicut declaratū
 est lib. celi et mundi. Et ideo oportet vt admisceantur quedā cū quibusdam.
 Sed non est in eis leuitas: et difficilis est mixtio eorum in igne: et declarat⁹
 est etiam ibidem q̄ ipsa generātur q̄dā ex quibusdam s̄m q̄ sunt ytraria: et q̄
 hoc inuenitur in eis propter quatuor q̄litates: q̄ sunt caliditas: et frigiditas:
 et humiditas. et siccitas. Declaratum est etiā ibidē s̄m quot modos inueni
 tur in eis generatio. Dc̄m ē et ibidē q̄ cā efficiēs ḡnatiōis et corruptio
 nis eorū s̄m perpetuam equalem et circulanem est motus corporū ce
 lestium: et maxime motus solis in suo circulo aliquo. Videtur. n. q̄ sol cum
 venit ad meridiem minuitur caliditas eius in septentrione: et fortificatur
 natura elementū aque pp̄ intēsdem frigiditatis: et trāsmutat aer in aquam
 et fiunt pluuie. Cum autē ascēdit a meridie intenditur caliditas eius in ses
 ptentrione: et augmētatur natura ignis et aeris. Et h̄ actio ei⁹ ē s̄m circulum
 i. q̄ cū fuerit frigiditas in parte septentrionali est caliditas in parte meri
 dionali et conuerso: et ideo h̄yems n̄s est estas in parte meridionali. i. in

2. de ḡnā
 tōe et cor.
 c. 53.

climatus: quorum distantia a sole in illa parte est distantia climatum nostrorum: et
 estas econtrario huiusmodi hic: et ex ipso per hos duos motus sunt duo genera exhalationum: unum eorum fumosum: et est calidum et siccum. Reliquum autem calidum et humidum
 vel frigidum et humidum. Et declaratum est etiam in libro celi mundi quod in hoc quod
 sol calefacit et relique stelle: quod hic fit duobus modis: unum eorum est motus: alius
 reflexio luminis. Sed videtur quod cum in calefactione solis cum fuerit ascendens in
 circulo suo obliquo directe versus capita nostra non est nisi per reflexionem terram: per
 praeaeque lineas radiales sunt propinquae ut causent angulos rectos: aut causent
 eos in terris in quibus sol aspiciet directe capita hominum. Sed calefactio
 etiam quod fit per motum non videtur de ea in ascensione et descensione mutatio sensibilis.
 Nam res in hoc non potest esse quod sit uno duorum modorum: aut quod sit centrum celi solis
 centrum zodiaci: et quod sit distantia eius a directo capitis in septentrione et meridie
 distantia una: hic cum non curabimus de mensura terre respectu celi solis: sicut
 est ponitur mathematici. Et non erit mutatio addita apud ascensionem. Nam
 non est ibidem propinquitas addita secundum mensuram. Aut quod sit sol in celo eccentrico
 aut epicyclo: secundum quod sequitur de necessitate ex velocitate motus eius et tarditate
 respectu zodiaci: et quod cum sit dispositio in hoc erit opposita. Nam ipse
 in tempore ascensionis versus directum caput nostrorum est magis distantis: et in tempore descensionis
 magis propinquus. Nam aut seu altitudo inuenitur in medietate septentrionali
 zodiaci: et cum hoc sit ita: oportet quod mutatio sequatur reflexionem terram: si
 non ponatur huic distantie mutatio sensibilis: vel quod sit dominans mutatio reflexionis:
 hic si posuerimus huic distantie signum sensibile: et hoc non est remotum.
 Nam secundum hoc habebit eccentricam mutationem in generatione: et videtur quod
 natura equalizavit in hoc: cum remittit calor qui est per reflexionem fuit propinquus
 quitas et accidit aequalitas in calefactione qui est propter motum: cum inuenitur caliditas
 qui est per reflexionem est distantia ut remittat calor qui est per motum: et hoc
 sufficit ut eccentricum non sit frustra. Et cum postea sunt haec sicut declaratum
 fuit: et est quod sequitur ex isto motu plus generatio harum duarum exhalationum in terra.
 calidi et siccis: fumosi et calidi et humidus: aut frigidi et humidus. Haec igitur sunt
 supponenda tanquam fundamenta de eis de quibus hic volumus loqui: et praecedentes
 debent secundum viam eius de qualibet re de qua dicimus in hoc libro. Et dicamus
 quod res quae hic queruntur: sunt cognitio causarum et principiorum propinquorum istorum
 sed enumeratio specierum eorum apparet per sensum: et illa quae sunt per testis
 motum in loco superiori aeris ex his signis de quibus prius nos incepimus
 inuestigare de eis sunt quinque species terram: discurrentia sidera: et valis: et eges:
 et flammis accese et comete: alii stelle saltantes et flammae et luminaria et eges seu
 cap. et cometa. et hic omnia dicuntur in materia et in causa efficiente. Sed diuersi
 causae per diuersificationem figurarum eorum quae est propter diuersitatem figure seu
 parentie materie: ex hoc autem videtur peruenire ad causas harum rerum. Nam eges
 quod impossibile est esse de substantia aethere: nam ipsa sunt generabilia et corruptibilia:
 neque possumus dicere quod sunt aliquid ex stellis fixis aut erraticis. Nam
 stelle quae sunt in praeterito in antiquo tempore: sunt ille stelle qui apparet nunc
 et nulla earum deficit: et etiam stelle erraticae sunt determinati numeri: et iam
 declaratum est quod sol cum calefacit terram ascendunt ex ipsa duo genera exhalationum.
 unum eorum est exhalatio calida et sicca fumosa: aliud autem vapor frigidus
 et humidus: aut calidus et humidus: exhalatio autem fumosa ascendit
 superius propter propinquitatem nature eius ad naturam ignis. Calidus
 autem et humidus in loco inferiori ipso: frigidus autem et humidus in
 ferius calido et humido: exhalatio autem fumosa est magis disposita
 quae libet re inflammabilis a paruo motore adueniente ei. Conueniens ergo
 est ut ista signa precedentia sint ex ista exhalatione cum inflammantur

S
2. 66. 43

T

Liber Primus.

U seu accendunt ex motu corporis celestis. **¶** Signū autē huius est q̄ hic multiplicānt in tpe multiplicacionis huius vapouris fumosi: et hoc in tpe veris: et cū multiplicānt in hyme significāt ver: et vtr̄ cū multiplicānt significāt dñū hui⁹ exhalationis fumose: sicut dicit Arist. q̄ ascendit in terra romano: sū stella magna de stellis habentibus caudā in tpe hyemis: et fuit terremot⁹ magnus et tēpestas maris ppter fortitudinē venti: ita q̄ destruxit multas puincias vel ciuitates. **¶** Et cū hoc fit ita: declaratū est q̄ prima materia istoz signoz est ipsa substātia fumosa: ergo diuersificānt propter q̄ritatē huius exhalationis. **¶** Sed stelle discurrētes fiunt duobus modis vnus eozū est cū fuerit exhalatio q̄ accendit extensa inequaliū partium: et mouet accessio ex vna parte ipsius ad aliā: et apparet videntī q̄ stella saltat sū suā substātiā: et iste partes aliquā est accensio earū p̄ motū ignis a quibusdā ad quosdā: et aliquā est hoc a motu celli. Cū accidit vt nō sit accessio earum oim̄ simul: ppter hāc cām apparet in quibusdā cozū cū saltāt, come seu caude. sed motus huius flamme seu accensionis cū fuerit ppter motuz aduentus ignis ad illas partes attractas: et fuerit attractio earū superius: manifestum est: q̄ hoc est ignis de cuius natura est moueri sursum. Sed si sunt ille partes attracte inferius aut ascense ad dextrūvel sinistrū causa in motu ignis sū talem motū in his partibus: si posuerimus in eis ignē moueri p se seu sū suā substātiā nō est nisi qz querit materiā puenientē. Nā nō est in natura eius moueri inferius neqz ad dextrūvel sinistrū. Sed si posuerim⁹ hāc generationē p̄tinuā nō erit hic motus vere vnus mobilis: et hoc videt magis. Quā aut talis dispositio videt de igne: manifestū est vniū de lycinio extincto. Nā cū positū est lyciniū et ponit: fumus ascendens ab ipso flamma lyciniū accensū mouet flāma sup̄ illū fumū: ita q̄ accendit lycinium inferius. **¶** Modus autē sc̄s de generatione istarū stellarū est cū fuerit illa pars fumosa inflammabilis retenta seu clausa in aere frigido et humido: et hoc accidit ei cū fuerit extra suū locū. Cuz ergo accendit ille mot⁹ et fit ignis: expellit ille ignis fortiter et velociter: sicut sagitta p̄iecta: et hoc ppter contrarietate que est inter ipsam est aerē frigiduz in quo fuit clausa: sicut tu vides res calidas fugere a rebus frigidis: et egredit ille ignis p partem subtiliorem illius aeris et minoris frigiditatis: et aliquā hoc est inferius et aliquā hoc est superius: et aliquā ad dextrū: et aliquā ad sinistrum: sed quando fit inferius est omnino necessarius: seu coactus. Qui aut fit superius cōiungunt ei due res: fugere a cōtrario: et ascendere superius: sed cum sit sū dextrum et sinistrū est cōpositus ex duobus motibus. sc̄s necessario et naturali cum fuerint equaliter: et expellitur ad partem cōem eius. **¶** Et signum super hanc speciem motus est: q̄ accidit aliquādo ex fortitudine impulsus cadere super terram aut in mare: ideo vident iste stelle turbide et quasi in grossate a frigiditate q̄ fecit eas cadere: sed signū notum de flamma: fit cū illa exhalatio fumosa cōgregata hz longitudinē et latitudinē et accendit inflammata sū se totam: sicut canna et restis longa cum accendit: sed doli seu luminaria fiunt: cum illa exhalatio inflammata sit habens longitudinem magis q̄ latitudinē. Egēs aut fiunt cum fuerit illa exhalatio in flāma habens linguas igneas: et ideo assimilant lane captarum. Comete autem fiunt cum illa exhalatio attracta habet frigiditatem sū vnā dispositio nem cum inflammata: vel ppter grossitiē et duritiem eius: vel propterea qz ibidem est materia ascendens ad ipsam: et attrahit ipsam materiā sū mensuram est q̄ritatem illius qd̄ resoluūt ex ipsa: vel ex ambabus simul: et maris illi qui durant p aliquos dies. Et ideo dicit de cometis q̄ sunt flāme permanentes seu durantes. Nam nō est differentia inter ista nisi hec dispo

fito. ¶ Comete etiā diuersificant fm diuersitatem figure eorum. et hoc ex parte materie: ex eis enim est cuius coma seu cauda est rotunda seu circularis: et hoc accidit aliquando vt appareat circulatio circumdans aliquam stellam erraticam: et accidit ei moueri per motum stelle: et aliquando est etiam hoc in locis in quibus non est super eos stella: et tunc mouentur per motum totius: et hoc significat: q non est aliqua apparentia accidens ex lumine stelle circumdans ipsam sicut in luna: et aliquando extensio eius est recta: et aliquando longitudo et latitudo eius sunt equales sicut narrauerunt: et aliquando longitudo eius est maior latitudine eius: aliquando habent quinq; latera. et vniuersaliter exhalatio ex qua fit: sicut dicit Arist. nō est determinata sed diuersa et multum variabilis et fm extrema varia: item accidit ei cauda: sed sunt iste stelle mote per motum celi: quia sunt ei pprietas: et multotiens resoluuntur iste stelle ad stellas cadentes cum occurreret stella cadens materie conuenienti ei. ¶ Et hoc significat q nō sunt partes stelle neq; aliquid quod accidit ex societate earuz: sicut videbatur multis antiquis. Ex istis autem signis que accidunt in aere sunt apparentie tantum: sicut colores similes sanguini qui videntur in aere nocte: et turbidi qui videntur in ipso: et fosse et circulus siue rotunditas et in his habens vias et circulus latens siue rotunditas que vocatur in arabico almagara. et causa communis omnibus istis signis est. q omnibus coloribus accidit cum diuersificatur medium in quo videtur diuersitas apparentie in propinquitate et remotione: magnitudine et paruitate: in colore siue tinctura: in occultatione et apparentia: et hoc cognoscitur per visum. Nam res que videntur mediante aqua: videntur seu apparent diuerse eis que videntur mediante aere: et etiam diuersificantur res que videntur seu apparent in aere propter diuersitatem partium eius. Causa autem huius diuersitatis pertinet ad perspectiuam. illa autem de quibus loquitur Arist. in hoc scilicet mone: hec signa sunt apparentie rubee. sicut sanguis: et turbide et rotunditas seu circulus lacteus. et vniuersaliter omnia signa que apparent in nocte: et nos procedemus in hoc secundum ordinem eius. ¶ Et dicamus: q apparentie seu colores rubei qui videntur in nocte causa in apparentia eorum est illuminatio luminis in nube grossa nigra. Nam de conuersione luminis est cum occurrit corpori dyaphano grosso causare tincturam seu colorem: et illustrare et facere ex hoc aspectu colorem medium inter albedinem et nigredinem: id est albedinem luminis et nigredinem nubis. Et est rubens et paonacius. Nam visus non potest distinguere eos: et apparet hec tinctura quando temperamus seu in temperato. ¶ Et signum huius est. q sol et relique stelle cum ascendunt in aere grosso sunt rubee: et similiter appretur ignis rubens mediante fumo: et videtur q causa in tinctura ei⁹ est illud qd admiscetur ei ex materia turbida: et ideo ipse in loco proprio non habet tincturam: et ex isto genere est rubedo que apparet in occasu solis. Sed cause in diuersitate harum tincturarum et fortitudine rubedinis et debilitate eius est: propter nubis in paucitate nigredinis eius et multitudine et in grossitudine eius et subtilitate: et ex parte etiam multitudinis et paucitatis eius. et ex propinquitate et distantia: et ex debilitate visus et fortitudine eius: et ideo accidit in his apparentijs: q quedam harum tincturarum sunt valde rubee: et quedam sub rubee: et quedam paonacee: et vniuersaliter hec apparentia est secundum habitudinem agentis recipientis se turbidines que apparent in nocte et fouee: causa huius apparentis etiam est. cum fuerint sub lumine nubis intense grossitudinis et nigredinis: ita vt non possit lumen pertransire in omnes partes illius: nobis

Liber Primus.

apparet ptes nigre nubis magis; remote: ptes illuminate magis ppinge: & ipse sunt in vna superficie. Et apparet videnti q̄ illa loca nigra sunt fo-
 nee: & simile huic apparentie accidit colori albo cum nigro: cum fuerit in
 vna superficie. Et hoc videtur ex illo q̄ faciunt pictores. ipsi enim qm̄ pin-
 gere intendunt mēbra quasi extantia: sicut manus: pingunt ea cum tinctu-
 ra alba: & membra profunda seu non exētia pingunt cum tinctura nigra.
 hec autem apparentia in magnitudine & paruitate seu in intentione et re-
 missione est s̄m diuersitate agētis & recipientis: sed ista signa non apparet
 in die propter intentionē luminis solis. sed lumen agens ea est illud q̄ nō
 est intensum: sicut lumina de quibus dictum est: vt luminaria & reliqua ge-
 nera. Cause autem que de his se habent sicut differentie sunt dicte in per-
 spectiua. nam declaratum est ibidem q̄ cause harum apparentiarum est re-
 flexio radij vel fractio eius.

De Cometis tres opiniones. Cap. vii.

Anaxag.
opi. & De
mocr. 1.

B
Pythago-
ricorū opi-
nio. 2.
Scella.
mercurij.

C
Hippo. et
Eschilli
opinio. 3.



Quod cometis autē & vocato lacte dicamus dubitantes
 ad dicta ab alijs primo. Anaxa. quidem igitur et
 Democ. aiunt esse cometas symphasim errantiū stel-
 larum: cum propter prope venire putentur tangere
 nuicem. Italicoꝝ autem quidam vocatorū pytha-
 goricorū vnum dicunt ipsum esse errantium syderum: sed post
 multū tps phantasiā ipsius esse & excessum ad modicū: q̄ qdē
 accidit & circa mercurij stellā: qz est modicum disgređit sepe non
 apparet: ita vt post multū tps appareat. Si s̄r aut̄ his & qui cir-
 ca Hippocratē Chriū & discipulū ipsius Eschilli enunclauerunt:
 sed comā nō ex ipso aiunt habere: sed errantem propter locū al-
 quādo accipere: refracto nostro visu ab attracto humore ab ipso
 ad solem: quia autem descendunt tardissimo tēpore: apparet post
 tempus plurimum aliorū astroz: vt cum ex eodem apparet
 subdeficiens per totum suum circulum: cedere autē ipso ad arcū
 & ad austrum: in intermedio igitur quidem tropicorū propter
 non attrahere aquam ad ipsum: quia consumpta est a solis latio-
 ne. Ad austrum autem cum feratur copiam quidam habere talis
 humiditatis: sed quia parua est decisio circuli que est super terrā:
 que autem deorsum multiplex non potest visus hominum fract⁹
 ferri ad solem: neq; a propinquitate tropico loco: neq; in estiuis
 versionibus existente sole: propter quod in his quidem locis non
 ferri cometā ipsum: qm̄ vero ad boreā relictus extiterit accipere
 comam: quia magna est periphēria que desuper orizontis: que au-
 tem subtus pars circuli: parua. facile enim visui hominum pertin-
 gere tunc ad solem. Omnibus autem his hoc quidem commu-
 niter accidit dicere impossibilia: hic autem separatim. Primo qui
 dem igitur dicentib⁹ q̄ errantium est vna stellarum cometa. errā-
 tes enim omnes in circulo aialium subdeficiunt. comete aut̄ mul-
 ti visi sunt extra circulū. Deinde & plures vno simul facti sunt se-
 pe. Adhuc si propter refractionē comam habēt. sicut sit h̄ip.

D
Reprob-
tio predi-
ctaz opi-
nionum.

E
Contra
pres opi-
niones si-
mul.
Cōtra ter-
tiū sp̄ār.

et Eschilus: oportebat aliquando apparere et si comam stellam hanc: quidem subdeficit hic et ad alia loca: comam autem non videntur hinc: nunc autem nulla visa est propter quas stellas: iste autem sepe simul omnes elevate apparent super orientem. Et manifestus autem existentibus ipsis omnibus et non apparentibus: sed quibusdam existentibus apud solem nihil minus comete apparent facti sepe. At vero neque hoc verum quod in hoc loco ad arcum sit cometes solum simul et sole existente circa tropicos estivalis. Magnus enim cometes factus circa eum qui in Achata terre motus et circa fluctus ascensum ab occasionibus equinoctialibus ^{historia.} ortus fuit: et ad austrum iam multi facti sunt. **C** Sub principe autem Atheniensium Eucleo Molonis factus fuit cometa stella ^{Uatablus} mense Gamelione. i. octobris sole existente circa tropicos hyemales: et quid tantam refractionem factum esse et ipsi impossibilium esse aiunt. **C** Communem autem et his et contactum dicentibus primo quidem quod et non errantium accipiunt comam quidam: et hoc non solum aegyptiis credere oportet equidem: et illi aiunt: sed et nos videmus. Earum enim que in semore cantis stella quedam habuit comam debile tamen. Intendentibus quidem enim in ipsam debile factus est lumen: adfacentibus autem visus remisse plus. Adhuc autem omnes qui apud nos visi sunt sine occasu disparuerunt ^b in loco super orientem consumpti paulatim: ita ut neque unius stelle derelingeretur corpus neque plurium: quoniam et magna stella de qua prius meminimus apparuit quidem in hyeme in gelu et serenitate a vespera sub Asio vel Aristoo principe: et prima quidem die non apparuit tanquam proecumbens ante solem: sequenti ³ autem apparuit quantum contingit: minimum enim relictum fuit et mox occubuit. lumen autem extendit usque ad tertiam partem celi: velut saltus prope quod et vocata fuit: via: ascendit autem usque ad 30 nam: orientis et ibi dissoluta fuit. **C** Et quidam Democritus obtinere voluit pro opinione sua. ait enim apparuisse dissolutis cometis stellas quasdam: hoc autem non aliquando oportebat fieri. aliquando autem non quid: sed semper. **C** Adhuc autem et ² aegyptii aiunt errantium et ad seipsas: et ad alias fieri conuentus: et nos ipsi vidimus stellam Jovis et in Geminis subeuntem cuidam his iam disparere facientem: sed non cometem factum. **C** Adhuc autem et ex ratione manifestum. Stelle enim et si maiores et minores appareant: sed tamen indivisibiles per se esse videntur: quem admodum igitur et si essent indivisibiles tangentes nullam utique facerent magnitudinem maiorem: sic et quoniam non sunt quidem: videntur enim indivisibiles: et convenientes nihil videbuntur maiores secundum magnitudines existentes: quod quidem igitur dicte de ipsis cause false existunt entes: si non per plura. Sed tamen per hic sufficienter palam est.

Uatablus
 ianuario.
 Contra
 tres simul

M
 Jovisstel
 ia.

Liber Primus

Capitulum Octauum.



Suppō
prima.

Scōa,
Tertia,

Et z mo-
dus gna-
tionis co-
mete.
Barbara
pogonias
Ostētio p
simile,

Discursus
z distinctio
cometarū

Diversi
motus
planeta-
rum,

patribus
de area. i.
993911.

Nonā autē de immanifestis sensui putam⁹ sufficiēter demonstrasse fm rōnē si ad possibile reduxim⁹: ex his q̄ nūc apparēt existimabit vtiq; aliq; sic de his maxi me accidere. ¶ Supponit em̄ nobis mūdi et⁹ q̄ circa terrā q̄stū sub circulari est latitōne esse p̄imā partem exhalatione calidā z siccā. ¶ Ipsam autē z p̄tinui sub ipsa aeris ad multū simul circunducit circa terrā sub sphaera z motu circula ri. ¶ Nata autē z mota hoc mō quacūq; p̄tingit bene dēfibilis est stēs: sepe igit p̄pter qd̄ dicim⁹ fieri z disperforū syderū discursus. Cū igit in talē dēfationē incidit p̄pter superiorē motū princi piū igneū: neq; sit multū valde: vt cito z ad multū exurat: neq; sit debile vt extinguat cito. Sed plus z ad multū: simul autē desubt⁹ accidat ascēdere bñ dispositā exhalationem hic fit stella cometa. ¶ Qualiscūq; exhalatū extiterit figuratū. siquidē em̄ oīaquaq; silt̄ cometes. si autē ad longitudinē vocat pogonias. ¶ Sicut autē ta lis latitō stelle latitō v̄f esse: sic z māsiō quasi silt̄ stelle māsiō v̄f eē. Sike em̄ qd̄ fit: velut si q̄s in palearū tumultū z multitudinē im miserit titionē. Aut ignis inijciat principū modicum. Videt em̄ si nullis z syderū discursus huic. cito em̄ p̄pter aptā dispōnē hyper caumaris succedit in longitudinē. Si itaq; hoc maneat z non cō sumatur: p̄trāsians autē maxime dēfatū est hypcauma. fiet vtiq; principū latitōnis p̄sumatio discursiōis: tale autē cometa est stella velut discursus syderis hñs in ipso terminū z principium. ¶ Quā igit quidē in ipso inferiori loco p̄cipiū p̄sistentie fuerit p̄ se appa ret cometes. ¶ Quā autē sub astroz aliquo errātium: aut nō erran tiū a motu conūst̄it exhalatio: tunc cometes fit hoz aliqd̄: nō em̄ apud ipsa astra coma fit: sed quēadmodū halo circa solē apparet z lunam assequentes: z quidem trās latis cum sic fuerit condensa tus aer vt passio hec fiat sub solis itinere: sic z coma astris velut halo est. Attamen halo quidem fit propter refractionē talis colo re. Ibi autem in ipsīs exhalationibus color apparēs est. ¶ Quā do quidem igitur fm stellam fit talis concretio: eandē necesse ma nifestare latitōnem z motum cometam: qua quidem fertur stella. Lum autem consistit per se: tunc subardantes videntur: talis enim latitō mundi qui circa terram. hoc enim maxime insinuat nō esse refractionem quandam cometam vt halo in hypercaumate puro ad ipsam stellam factam: z non vt dicunt qui circa Hippo cratem ad solem: quia et per se fit cometa sepe z frequentius quā circa aliquas determinatarum stellarum. De halo quidem igitur causam posterius dicemus. ¶ De eo autem quod est esse igneam consistentiam ipsorum: argumentum oportet putare: qd̄ significant plures facti spiritus z siccitates. Palam enim qd̄

fiunt

funt propter multam esse talem segregattonem: quare sicciorem
 necessarium esse aerem: et disgregari et dissolui euaporans humi- Comete
igneæ cō-
stitutio.
 dum a multitudine calide exhalationis: ut non consistat facile in
 aquam. Manifestius autem dicemus et de hac passione: quan-
 do et de spiritibus dicendi fuerit tempus: quando quidem igitur
 crebri et multi apparent sicut dicimus sicci et spumosi fiunt anni
 notabiliter. quando autem rariores et tenuiores magnitudine: si
 multiter quidem non fit tale. Attamen ut frequenter fit quidem
 excessus spiritus: aut tñm tempus: aut secundum magnitudinem.
 quoniam et quando in Ægis fluij cecidit lapis ex aere a spiritu
 eleuatus cecidit per diem. Accidit autem et tunc cometes stella
 factus a uespere: et circa magnam stellam cometa siccam erat
 hyems et borealis et fluctus propter contrarietatem uentorū fa-
 ctus fuit: in sinu quidem enim boreas obtinuit: extra autē auster
 flabat magnus. adhuc autem sub principe Richomaco factus
 fuit paucis diebus cometes circa equinoctialem circulum non a
 uespera faciens ortum in eo qui circa Corinthum spiritus eue-
 nit. Plus autem quod est non fieri multos sepe cometas et magis
 extra tropicos quā intra: causa solis et astrozum motus: non solum
 segregans calidum: sed et disgregans quod consistit: maxime autē
 causa: quod plurimum in lactis congregatur regionem.

¶ Sermo de Cometis et sua media expositione circa primum
 librum meteororum.



Camus quidam philosophi: ut Anaxa. et Democri-
 tus dixerunt quod stella comata est stelle multe
 aggregate mote non firme et stellis erraticis: et apparet sensui
 propter propinquitatem quarundam earum ad quasdam lumē
 coniunctum seu continentium simile caude seu come. Alij autē ut
 Itali de secta pythagore dixerunt quod stella comata est una de stellis erra-
 ticis que aliquando apparet. Cū autē ut in ipsa est additamētū paucū seu
 paruū in ipsa: uult dicere quod est de suo corpore: sicut additamētū quod appet
 in marte aliquando in hac dispōne quasi cauda ipse enim ascendit et uidet
 quasi paruus: postea variatur situs cum ascenderit: et apparet aliquā scdm
 hanc dispōnem. Hippocra. autem et discipuli eius dixerunt quod cauda ei
 nō est pars illius: sed accidit ei hoc accēs pp fractionē lumis ei⁹ ex hūidita-
 te aeris et accenditur in ipso: et hūiditas accidit ei pp attractiōes ipsi⁹ a
 sole ad ipsum: inquit: et de nā hui⁹ stelle inter reliq̄s stellas erraticas est
 morari lōgo tempore sub sole: et ideo non apparet nisi in lōgo tpe magis
 quā apparent relique stelle erraticæ: dicit: sed apparet ei coma quā appet i ae-
 re sñm cōplemētū eius circuit⁹ et hoc uel in pte septētrionalis uel in parte me-
 ridionali propter humiditātē quā inuenitur magis in his duab⁹ partibus
 sed cum fuerit in alia pte celi p̄ter. h loca nō apparet in ipso cauda ppter
 humiditatem que est illic aliqd: neq̄ est illic aliquid quod sol attrahat ad
 ipsum: neq̄ id quod attrahit est h̄ et dixerunt: et cū fuerit h̄ ita in extremis
 partibus celi in parte meridionali non apparet nobis cauda ei⁹ pp decli-
 nationem illius a visu nostro: sed cū fuerit in parte septētrionali apparet
 quomodo cūq̄ fuerit propter propinquitatem visus nostri in illa parte. f.

Comē. Auer. sup lib. Meteoroz.

BB

Liber Primus

C propter propinquitatem illius a directo capitis nostri: dixit: iste sūt opi-
 niones antiquorum ex stellis comatis: et sunt tres: et iam oportet nos pri-
 inuestigare de istis: postea autem dicere id quod apud nos ē de hoc. Et
 dicamus q̄ impossibile est vt sit stella comata stelle quedam erraticice con-
 gregate vt dixerunt Democritus et Anaxa. et illozum socij. vel vt sit vna ea-
 rum: vt dixerunt Itali neq̄ id quod dixit Hippocra. geometra et discipuli
 eius. Et si enim esset congregatio stellarum erratici carum vel vna earum
 non viderentur stelle comete extra zodiacum: nam erraticice non transeunt
 in latitudine earum zodiacum nisi parum. Iste autem scilicet comate ap-
 parent extra latitudinem. Et preterea si cauda vt. d. hippocra. geometra
 esset propter humiditatem aeris: sequeretur vt ista stella debz apparere ali-
 quando non comata sicut accidit lune de halo et soli de solibus que appa-
 rent prope. Et preterea si cauda accidit propter attractionem ipsi⁹ aeris
 humidam vel propter attractionem solis ipsum ad se vel propter ista duo
 simul: necessarium esset accidere hoc omnibus stellis erraticis et non acci-
 dere vni earum vt iste putauit. Et preterea ista stella. s. comata aliquando
 apparet et relique stelle quinq̄ et iam sunt discooperte: hoc autem signifi-
 cat q̄ hec stella non est aggregatum ex istis: neq̄ vna earum. Et preterea si
 stelle comate come earum essent apparentia non aliud sequeretur vt spēs
 ipsarum sint multe: nos autem inuenimus species cometarum quinq̄: ita
 inuenimus hunc sermonem in translatione que peruenit ad nos: et non
 est manifestus. Et debemus considerare de ipso: nam res que sunt p̄ ap-
 parentiam seu propter visum iam determinate sunt sicut res naturales: **E**
 nisi vellemus dicere q̄ ipsi non possunt complere causam propter quā in-
 ueniuntur quinq̄ species tantum per apparentiam: et si concesserimus eis
 q̄ esse earum est propter visionem seu apparentiam: difficile est eis dicere
 cur non sunt plures: non autem facilius possumus dicere cāz diuersitatis
 istarum propter figuram vaporis. **R** Inquit: ille autem qui dixit q̄ iste nō
 videntur nisi in parte septentrionali falsum est. Jam enim hec stella appa-
 ruit in alia parte a parte septentrionali: et apparuit etiam cum sol fuit in
 ascensione sua estiuali: vult dicere vt puto q̄ si esset causa apparentie p̄
 humiditatem aeris qui vadit in parte septentrionali cum esset sol in sua
 ascensione estiuali non esset in hac hora in ista parte: vapor humid⁹ i quo
 accidit hec refractio. **F** Inquit: et iam vidi ego stellas comatas in parte meri-
 dionali in tempore Regis Eucleo Molonis et vidi ipsas in parte septen-
 trionali in ascensione sua hyemali: vult dicere: et sol tunc est remotus ab
 ipsa. et ipsi putant q̄ causa qualitatis aeris dispositi ad refractionem sunt
 due res: humiditas aeris: et attractio solis attrahentis illam humiditatē
 apud se. Cum autem ipsa sit in septentrione et sol in meridie scilicet in
 suo solsticio hyemali: tunc est remotus ab illa. **S** Inquit: et totum hoc est si-
 gnificum q̄ stelle comate non sunt he res quas diximus. Et postq̄ autē error
 horum dictus est: et stelle comate vniuersaliter non sunt de stellis que sunt
 partes corporis quinti: et quod cauda earum non est apparentia seu visio
 oculi tantum propter humiditatem: oportet iam vt sint stelle comate aer
 superaccensus scilicet ille stelle et caude eorum simul: et hoc cum fuerit h̄ sup
 accensio seu inflammatio que accidit non propinquo alicui de stellis eri-
 raticis: et caude sunt compositae seu constitutae ex apparentia accidit a lumi-
 ne stellarum in vapore sibi propinquo superaccensus: et tunc continuat̄
 seu coniungitur lumen huius stelle cum lumine huius vaporis: et apparet
 longa: et hec cauda que est fumus accensus non est coniuincta seu continua
 cum stella: sed apparet continua cum ipsa: quia lumen stelle continuatur

E
 Res q̄ sūt
 p̄ appare-
 tiā deter-
 miatē sūt
 sicut res
 nales.

cū lumine illius vaporis: et apparet quasi ipsum esse totū hūc lumē. lo gū.
 ¶ Inquit: et hoc accēns qđ accidit stelle cū vapore ignito supacceso est sife
 ei qđ accidit circa lunā de halo: et circa solem de solib⁹. Inquit: et ideo ap-
 paret illa cauda color seu speculū illuminatū. Nā lumen cū expandit in p-
 te supaccesa retrogradit seu redit posterius: sicut accidit in lumine illustrā-
 te in aqua ad parietem: et apparet illuminatus. ¶ Et id quod vř ex verbis
 Ari. hic de cometis est qđ quedā sunt ignis accens⁹: seu vapor accēns: et
 illa non est dñia inter se: et inflāmationes: seu coruscationes: nisi qđ sife du-
 rant pp cōuenientiā materici que illic ascēdit ad ascensionē multitudinē
 illius: et cum dissoluī illa mā: corumpit stella comata. ¶ posuit etiā qđ
 dā esse alterius speciei: et sunt illa in quibus apparet cauda cōtinua qđ
 dam stellis erraticis: et hec cauda est composita ex apparentia et ex vapor-
 re superacceso. ¶ Et Alex. apparuit hoc: vř qđ quelibet stella comata ē
 ignis supacceso: siue cauda illi⁹ apparētie p̄iuncta alicui stelle: siue fue-
 rit extra ipsas. et dicit qđ Arist. assimilauit hęc spēm cometarū haloni et soli
 busqđ apparēt prope stellam: et qđ mouentur cum motu stelle: et non sunt
 apud ipsum apparentia: neq; in ipsis est aliqua pars ex apparentia. ¶ Et
 videtur qđ magis conueniens est de eis que apparent cōtincte alicui stel-
 larum: vt causa illius seu illarum sit composita ex apparentia et vapore
 superacceso propter id quod apparet in eis de lumine lustro et puro vt
 narrat Arist. et qđ etiam apparent continue seu coniuncte stelle. cogno-
 scere autem veritatem de hoc est per consideratiōē accidentiū earū. Nam
 cum genus rei fuerit ignotum non est dubium qđ non debemus declarare
 seu stabilire genus eius: et postea verificabitur affirmatio seu assignatio
 cause eiusdem: et s̄m hoc non erit differentia inter suum sermonez in causa
 huius speciei stellarum. s. quarum cauda est apparentia tantum: et iter ser-
 monem hippocratis geometre: nisi qđ illi dicunt qđ color seu res ex qđ ap-
 paret hoc est aer humidus: et Arist. dicit quod est vapor siccus: et qđ ipsa
 est composita ex apparentia et igne. ¶ Preterea ipsi etiam ponunt hoc in
 quibusdam stellis erraticis solum: et Arist. videt hoc esse possibile i quali-
 bet stella. ¶ Preterea Arist. posuit visionem seu apparentiam causam p-
 ticularem. s. quibusdam: illi autem causam vniuersalem. s. omnibus: sed s̄m
 opinionem Alex. nulla est conuenientia inter dictum istorum et dictum
 Arist. hec sunt verba Cōmentatoris in dicta expositione.

3
 Cū gen⁹
 rei fuerit
 ignotū n̄
 debemus
 stabilire
 illud.

De lactea. Cap. nonum.



Qualiter autem: et propter quam causam sitz quid
 est lac: dicamus iam p̄discutientes autē et de hoc
 que ab alijs dicta sunt primo vocatorum quidem
 igitur pythagoricorum: quidam aiunt viā eē hęc:
 hi quidem exidentiam quorundam astrozū s̄m
 dictā sub p̄phetonte latione. Illi autē solē hoc circu-
 lo aliquē delatū esse aiūt velut exultū esse hūc locū

Tres opi-
 niones et
 earū ipso
 batiōes.
 A
 Opio py-
 thagori-
 corum.

aut aliquam aliam talem passionē passum esse exhalatiōē ipoz.
 ¶ Inconueniens autem non cōtelligere qđ si quidem hec erat
 causa: oportebit et zodiacum circulum sic habere: et magis quā
 eum qui lactis. Omnia enim in ipso feruntur errantia: et non sol
 solum manifestus autem nobis totus circulus. semper enim ip-
 sius manifestus semicirculus nocte. Sed nihil vř tale passus

impugna-
 tio.

Liber Primus

nisi quia copulatur pars ipsius ad lactis circulum. **Q**ue autem cir-
Bea Anax. et Demo. lumen esse lac aiunt astroorum quorundam. so-
Anax. et lem enim sub terra latum non respicere quedam astroorum: quoniam
Democr. quod quidem igitur aspiciuntur ab ipso horum quidem non appare-
opinio. re lumen: prohiberi. n. a solis radijs. Quibuscumque autem obstruit
terra ut non aspiciantur a sole: horum proprium lumen aiunt esse
Reproba lac. **C** Manifestum autem quod et hoc impossibile: lac quidem enim semper
sio. idem: et in eisdem est astris: apparens enim maximus ens circulus
a sole autem semper altera que non aspiciuntur: quia non in eodem ma-
net loco. **S**oportebat igitur translato sole: transferri et lac: nunc autem
non apparet hoc scilicet. **A**d huc autem si quemadmodum ostenditur
nunc in his que circa astrologiam theorematibus solis magni-
tudo maior: quam que terre: et distantia multo maior: que astroorum ad
terram: quam que solis: sicut que solis ad terram: quam que lune: non itaque
longe alicubi a terra conus qui a sole contactet radios: neque utique
C umbra terre que vocatur nox erit apud astra: sed necesse soles in-
o omnia astra prospicere: et nulli ipsorum terram obsistere. **C** **A** m-
Tertia plius autem est tertia quedam suspitio de ipso: dicunt enim qui-
pinio. dam lac esse refractionem nostri visus ad solem: sicut et stellam co-
metam. **I**mpossibile autem et hoc: si quidem. n. videns queverit et speculum
quod visum omnem in eodem signo speculi eadem apparet utique pars em-
phases. **S**i autem moueatur speculum et quod manet in eadem di-
stantia semper ad videns et quiescens adinuicem: aut neque eque
velociter: neque in eadem quidem distantia impossibile eandem empha-
sim in eadem esse parte speculi que autem in lactis circulo lata astra
mouentur et sol ad quem refractione manentibus nobis: et simili-
ter et equaliter. **A**d nos distantia ab ipsis autem non equaliter:
quandoquidem enim delphis noctibus medij oris: aliquando autem dilu-
culo: partes autem lactis eodem manent in quocumque: et quidem non
oportebat si erat emphasis. **S**ed non in eisdem esset hec passio
locis: adhuc autem nocte in aqua et talibus speculis: lac quidem
illucescit aspicientibus: visum autem refrangi a sole quomodo possibile.
Quod quidem igitur neque via planetarum nullum neque lumen est neque respecto
D rum astroorum neque refractione: his manifestum: fere autem hec solum sunt que
Ari. opinio visum nunc tradita sunt ab alijs. **C** **N**os autem dicamus resumetes prin-
cipium nobis suppositum. **D**ictum. n. est prius quod extremum dicti aeris po-
tentiam huius ignis et motu disgregato aere segregat talis consistencia
qualiter cometas stellas esse dicimus. **T**ale igitur opus intelligere
factum quod quidem in illis: cum non per seipsa fuerit talis segre-
gatio: sed ab aliquo astroorum: aut fixorum: aut errantium. tunc enim hec vi-
dentur comete: quia assequuntur ipsarum latitudinem: quemadmodum solis ta-
lis concretio aqua propter refractionem huius halo apparere dicimus: cum
sic fuerit dispositus aer. **Q**uod itaque semper unum astroorum accidit:

hoc oportet accipere factum circa totum celum: et superiorem latitudinem. Rationabile enim siquidem vnus aſtri motus et cum qui omnium facere tale aliquid et arripere: et cum his adhuc secundum quem locum creberrima et plurima: et maxima existunt entia aſtrozum. ¶ Quod quidem igitur animalium propter solis latitudinem et planetarum dissoluit talem consistētiam: pp̄ qđ quidem multi cometarum extra tropicos fiunt adhuc autem neq̄ circa solem: neq̄ circa lunam fit coma: citius enim disgregatur q̄ vt constat talis concretio. ¶ Iste autem circulus in quo lac apparet aspicientibus: et maximus est existens: et positus situ sic: vt multum tropicos excedat. Adhuc autem locus plenus est aſtris lucidis et fulgidissimis adhuc sporadicis vocatis: hoc autem est et oculis videre manifestum vt propter hoc continue: et semper hec omnis aggregetur concretio. Signum autem ipsius etenim circuli amplius lumen est in altero semicirculo habente duplicatum. In hoc enim plura et crebriora sunt aſtra q̄ in altero tanq̄ non propter alteram aliquam causam facta claritate q̄ propter aſtrozum latitudinem. Si enim et in hoc circulo sit in quo plurima ponuntur aſtrozum et ipsius circuli in quo videntur magis spissa esse et magnitudine et multitudine aſtrozum hanc verisimile existimare conuenientissimam esse causam passionis. Consideratur autem et circulus: et que in ipso aſtra ex subscriptione: spozadica autem vocata siquidem in spheram non erit ordinare: q̄a nullam per finem habet vnumquodq̄ potentiam manifestam: ad celum autem respicientibus est palam. In solido enim h̄ circulozum intermedia plena aſtris talibus sunt: in alijs autem deficiunt manifeste. Quare autem siquidem et de apparendo cometas acceptamus causam tanq̄ dictam mediocriter: et de lacte eodem modo existimandum habere. Quod enim ibi circa vnum passio hec circa circulum quendam accidit fieri eandem. Est lac vt est dicere velut diffinitum maximi circuli propter segregationem coma: propter quod quemadmodum prius diximus: non multi neq̄ sepe fiunt comete: quia continue est segregata: et segregatur secundum vnamquamq̄ periodum in hunc locum semper talis consistentia. De factis quidem igitur in eo qui circa terram modum continuo latitudibus dictum est: de discursu quidem aſtrozum et ignita flamma: adhuc autem de cometis et vocato lacte: fere enim sunt tot passionis apparentes circa locum hunc.

¶ Quasi sit circulus lacteus.



De via lactea. **Capitulum Tertiu.**
 Est q̄ autem locuti sumus de hoc: debemus nos transferri in circulatione seu via lactea: et est signum quod videtur in celo: sed prius loqui de dispositione huius an sit apparentia tantum: an genus eius est cometas

Digressio Breuis.

Liber Primus

Frum. **C**Ex verbis aut Alex. videt q gen⁹ eius z genus cometarū est vnus ipse enim putauit q circulatio lactea est sub celo. Naz qz multe comete cantantur sub quibusdam stellis propter fortitudinē ascensionis stellarū accēdentium exhalationem fumosam que est sub eis: possibile est in hac parte celi si sit hñs multas stellas ppinquas magis q̄ in reliquis vt accidat eis s̄m totum tale accidēs. **C**Et nos debemus considerare partes syllogismi: z si acceptum sit in eo aliquid in quo cōtinet falsum vel nō: z dicamus q minor propositio: z est q hec loca celi habent multas stellas p̄propinquas magis q̄ relique partes celi: d̄z verificari per sensum. **C**Maioz aut propositio que est q stelle in eo q stelle de cōsuetudine natura earum est accendere il lud quod est sub eis ex exhalatione fumosa z attrahere hic ad ipsas: z cum fuerunt stelle plures vel maiozes est operatio earum: maioz est vera p meā vitam. **C**Et apparet hoc per inductionem in inflammatione z ascensione: nam s̄m multum vidēt sub stella. Sed quod sequitur ex hoc sermone est q in illo loco celi fiunt hec signa s̄m plurimuz. Sed q he stelle accidit ex multitudine earum accendere aerem sub ipsis semper z non cessare ab hoc videtur nobis hoc non sequi ex sermone predicto: nisi fuisset positum in principio inuestigationis q est exhalatio accensa tanq̄ res cuius esse est manifestum per se: z ideo s̄m hoc: per ea que declarata sunt: pōt assignari causa huius s̄m istum modum. Sed q sit differentia simpliciter cōcludens eam z esse simul: vt sicut videtur ex dictis Alex. nondum est declaratū. **C**Et hoc cum sit ita considerabimus nos si sequitur expositione hui⁹ cōclusionis falsum: vel non: z est q circulatio lactea est exhalatio accensa in longitudine celi: z dico q cum hoc sit ita positum: sequitur de necessitate vt accidat stellis que vidēt mediāte hoc signo diuersitas visionis seu aspect⁹ in climatibus diuersis z locis diuersis terre. nam ipse vidēt mediante isto corpore accenso. **C**Et vidēt in superficie eius: z accideret ex hoc vt sint linee que exeunt a visu nostro in diuersis climatibus z in diuersis locis terre ad vnāmet stellā: p quas tangit superficiem illius corporis cum transeunt in ipso in locis diuersis eius ad vnāmet stellam s̄m loca diuersa illius signi. s. vie lactee. **C**Exemplum huius: nam nos videmus aquilam volantem in parte huius signi in oriente terra nostra: z sequeret igitur s̄m hoc cum transiti fuerimus ad partem oppositam terre nostre s̄m longitudinem in illa q̄ est minoris longitudinis q̄ terra nostra: videre illud in secundo latere seu in alio. hoc autem nunq̄ accidit: z inuestigat de hoc in locis diuersis ille qui vult intelligere hoc: hoc autem sequitur de necessitate. naz res que sūt sub celo lune: accidit ei diuersitas visionis seu aspectus: sicut declaratū est in mathematicis. **C**Et etiam vt dictum est si hoc signum esset exhalatio accensa: sequeretur q minoraretur in hyeme: z multiplicaretur in estate: z in vno anno esset maioz: z in alio minor: hoc etiam nunq̄ apparet: sed est semper s̄m vnā dispositionem. Et videtur q si esset talis exhalatio ppetua in aere s̄m magnitudinem huius loci: corrūperet totus aer z transmutaretur ad ignem: z etiam saltem in parte correspondente: z in terra esset signum sensibile in paucitate pluuiarū: z v̄r in extensione caloris z illis que sequuntur ex ipso. **C**Et postq̄ declaratum est ex his sermonibus q via lactea non est exhalatio accensa: videtur q est conueniens vt sit apparentia tm̄: nam qz impossibile est ponere hoc signum sensatum in corpore celi: nam illud vidēt de partibus eius sunt stelle tm̄: ipse semper videtur rotunde sicut declaratū est de figura earum: hoc autem signum vidēt semper longum. Remanet ergo vt sit hoc accēs eueniens celo stellarum lucidarū propinquarum in superficie corporis accensi: mediante quo videntur ille stelle: et il-

In d est ignis cuius esse declaratum est. Nam ppter ppinqtatē eay accidit
 eis vt reflectantur lumina eoy in superficie ignis aut huius corpis fumo:
 si ⁊ hoc est illud qd est qñ mediū intra aerē ⁊ ignē. Cū ergo reflectuntur ad
 miscentur lumina: sicut si imaginati fuerimus q circulatio seu rotunditas
 q̄ est in luna sit magis q̄ vna luna ita vt circulatione ingrediuntur que
 dā in quibusdā. Tūc em̄ accideret eis in visioē figura longa. Sz differētia
 inter circulationem lacteam ⁊ rotunditatem seu circuitum est: qz apparētia
 seu color mediāte quo videt circuitus est generabile ⁊ corruptibile. Color
 autē mediāte q̄ videt hoc accūs in stellis est etern⁹. Et id videt q̄ sit hoc cō
 sequēs nām ignis in eo q̄ ignis: ⁊ vtr nām corporis mediāte quo vtr iste
 stelle. Et videt q̄ stelle hēant in illo corpe aliquā actionē ⁊ aliquā pparatio
 nē vt recipiāt talē visioē: ppea qz hec ps celi est diuersa a reliqs ptib⁹ ei⁹.
 Et ex hoc vtr q̄ simo in hoc signo p̄fici p̄ hos duos modos: ⁊ sic inuenimus
 Aristo. fecisse: ⁊ hoc apparet ex verbis eius in translatione que puenit ad
 nos. Et si forte Alex. voluit hoc verū est tñ q̄ manifestū sui sermonis nō in
 dicat hoc: cū hoc q̄ iā remāsīt super ipm pars nō pauca ex hoc sermone. Et
 forte posuit hoc sim breuitatē: vel forte est propter errorē accētē in transla
 tione. Nā multoties peruertitur intētio rerū ppter trāslatores: sequitur
 ex hoc mutatio in simone. Alex. n. magis dignus est q̄ vt putetur de eo ser
 mo p̄dictus: cū hoc q̄ inueniatur in lib. Arist. oppositū eius. ¶ In media
 sua expositione circa viā lacteā inq̄t: ⁊ postq̄ diximus de cometis dicamus
 nūc de galasia dicendo qd est ⁊ quō seu qualis est. Incipiendum tñ de hoc
 pmo narrādo opiniones antiquorū ⁊ quō inter se differūt. ¶ Et dicam⁹
 q̄ Pythagoras ⁊ eius socj dixerūt de via lactea q̄ ipsa est vtr vestigiū vie
 q̄ fuit ex motu q̄rūdā stellarū in ipsa in tpe antiquo cū corrupte sunt ipse
 stelle in quodā tempore: ⁊ facte sunt flāma seu lumē accensum: qz quedam
 earum corruerūt quasdā: ⁊ mote fuerunt ⁊ mixte quedam cum quibusdā:
 quidam autē horū dixerūt q̄ sol fortasse ambulauit in quibusdā horis in
 ista loca celi: ⁊ q̄ apparet esse vestigiū vie eius. ¶ Error autē horū mani
 festus est per se. s. n. via lactea esset ex vestigio vie solis: necessarium
 esset vt sit hoc vest: giū in planetis ad quos vadit sol: relique stelle erraticę: sed
 tale vestigiū non inuenitur in eis. Igitur ipsa non est vestigiū vie seu
 ambulationis solis. ¶ Tacuit autem destructionem prime opinionis: nāz
 ipsa est manifeste corruptionis per se ex iā dictis: ⁊ ex historijs scriptis. ¶ 3a
 em̄ declaratū est hoc corpus esse ingenerabile ⁊ incorruptibile: neqz dictus
 est oīno ab aliquo fidedigno astrologo seu cōsiderante q̄ illic fuerunt stel
 le ⁊ fuerūt corrupte. ¶ Inquit. socj autem Enaxa. ⁊ Deimo. dixerunt q̄ ga
 lasia est lumen stellarum ad quas nō peruenit lumen solis cum terra ocul
 tat ipsas. i. cū interponitur terra inter ipsas ⁊ solem. ¶ Sermo autem iste
 erroneus est duobus modis. ¶ Unus eorū est q̄ si hoc esset ita: necessarium
 esset vt stelle quibus hoc accidit essent: obscure per remotionē solis. s. q̄ nō
 viderentur in galasia stelle met. ¶ Scds autē est q̄ si cōcesserimus q̄ ymbra
 terre peruenit ad illū celū: sequeretur q̄ moueretur seu mutaretur. hec ym
 bra ab oriente ad occidentem: sicut mouetur sol sub terra ab occidente ad
 orientem. ¶ Inquit. ⁊ error istorū etiā manifestus est ex declaratis in maz
 thematicis astrologis. Jam em̄ declaratū est q̄ ymbra terre est acuta: ppter
 ea quia sol est valde maior terra: ⁊ q̄ hoc acumen non peruenit ad stellas
 fixas: ppea quia distantia stellarū fixarū a terra est multiplex distantia so
 lis a terra cum magnitudine solis ⁊ paruitate terre. Cum igitur hoc acus
 men non attingat celum stellatum in quo est galasia: ⁊ lumē solis cū est s̄b
 terra attingit locū galasie: quō igitur dicere possunt q̄ galasia est ymbra

Liber Primus

terre. ¶ Et debes scire q̄ nō est vcz etiā vt sit galasia dilatata vmbra quas
affirmanerūt quidā posteriores mathematici: p̄pterea qz galasia est lōga.
z terra est rotūda. ¶ Inq̄t. alij aut̄ dixerūt q̄ galasia est vestigiū cātuz ex re
flexione radij solis ab aere ad illum locū: sicut reflectit radius a speculo su
per pariete sup̄ quē nō cadit lumē sine reflexione. s. p̄ se vt dixerūt de stellis
comatis. hoc aut̄ est error. si em̄ via galasia esset lumē reflectū ab aere mone
retur p̄ motum luminosi qd̄ est sol sicut mouet lumē reflectū p̄ motū luminā
tis: nos aut̄ videm⁹ galasiam in nocte z in die qñ hoc est pole in vno loco
semp. ¶ Et sequeret̄ fm̄ hāc opinionē etiā vt sit speculū: ex quo sit reflexio
iunctū seu firmū: secus opz hoc in luminoso seu in luminante. hoc autem
impossibile est in aere vt sit in ipso quasi speculū firmū seu iunctū semper
nisi ipsum haberet cām perpetuā. ¶ Inq̄t. iam igit̄ declaratū est q̄ galasia
nō est via quarundā stellarū: neqz. est ex vmbra terre: neqz est apparentia ac
cidens in reflexione a sole. ¶ Dicamus igit̄ q̄ galasia fm̄ hunc modum est
quē nunc dicā: iam igit̄ declaratū est q̄ aer p̄pinquus corporibus celestibus
est inflammatus ignitus: z apparēt in loco in quo videt̄ galasia in celo stel
lato stelle multe magne z parue lucide z propinque lapideate: vt posuit.
Orietes z alij cōsiderātes de hac via. ¶ Et cum he due propōnes verificate
sunt nobis possumus ex eis p̄cludere duas cōclusiones: vna earū est q̄ gal
lasia est ex reflexione luminū hāz stellarū in aere inflammato exñte in hoc
loco. z fm̄ hoc opz si ipsa sit apparētia vt sit lumē agens apparentia firmū
z eternū z speculū semp̄ permanēs: hoc autem p̄tingit in hoc sermone: spe
culum aut̄ seu quasi speculū est. p̄pter multitudinē stellarū illic exñtū: me
cesse est em̄ vt iste locus calefiat z subtiliat magis alia parte aeris p̄tigni ex
reliquis partibus celi: ita vt subtilitas z puritas eius sit cā ad reflexionem
sicōcesserimus q̄ subtilitatio z purificatio est cā reflexionis: q̄ aut̄ illic sit lu
men firmū magis intēsum lumine exñte in reliqz partib⁹ celi: manifestum
est: cū hec pars celi hz p̄les stellarū: hoc aut̄ fundat̄ in hac radice. s. q̄ corp⁹
celeste nō pōt recipere speculū seu nō pōt esse quasi speculum. ¶ Conclusio
aut̄ scda q̄ apparēt primo aspectu sequi ex hoc dicto: est q̄ galasia est aer: ac
census ignitus sicut est dispositio in cometis. z fm̄ hoc opz si esset ita: vt sit
agens firmū illic seu pmanēs huic igni propriū semp̄ huic loco: hoc antez
est multitudo stellarū exñtū in illa parte celi. ¶ Alex. aut̄ credidit de gala
sia z putauit q̄ hec est opinio Arist. sed id qd̄ videt̄ fm̄ maiorē partē verbo
rum Arist. in traductione q̄ puenit ad nos est sermo primus. ex quibusdaz
autem apparēt primo aspectu q̄ est vt dicit Alex. ¶ Sed si esset galasia cor
pus ignitum esset necessariū accidere stellis que sunt in galasia diuersitas
aspectus ab illo corpore. ¶ Et esset necessariū. U. g. vt stella que videt̄ in
vna sua parte seu extremitate ex parte orientali hominibus occidentibus in
alia extremitate: z iam inspecte sunt stelle q̄ sunt in ipsa in terris diuersis: z
videt̄ eis vnus situs: z ego iam p̄sideraui seu vidi stellam cadentē seu aquā
lam cadentē q̄ est in extremitate galasie in Corduba z in Marocho: inter
duas has ciuitates est distantia multa in lōgitudine: z inveni ipsam in his
duabus ciuitatibus in vno situ seu loco. ¶ P̄terea si galasia esset ignis se
queretur vt augmentaret̄ in annis siccis: z paruificaret̄ in annis seu in tem
pore humido. ¶ Et esset necessariū vt videt̄ habere vestigiū in parte quā
determinat de aere. ¶ Et cum impossibile sit vt ipsa sit nisi apparentia mo
do quo iam diximus vel corpus ignitum z est impossibile ipsam esse corp⁹
ignitum necessariū est vt sit apparentia modo iam dicto: vel composita
ex istis duabus rebus simul vt dictū est de cometa seu de cauda que appa
ret cū aliqua stella de stellis erraticis. Sed apparentia illa seu speculū non

20
Op. Arist.

Alex. op.

Impu
gna.

est permanens seu eterna: in hoc autē est eterna. ¶ Sed cecidit hec dubitas
 no: propterea qz genus galasie nō est notum. Cause em̄ possibiles nō habēt
 vim dare seu cludere esse z cām simul. s. cause efficiētes z materiales: z ideo
 nos debemus declarare primo esse generis illius p̄ signū seu rōnē vt nos se
 cimus: postea aut̄ inuestigare de hoc assignādo cām. Arist. aut̄ dimisit hoc
 propter breuitatē. hoc est totū q̄ possum⁹ rōcinare de hoc de his que dixit
 Arist. in isto libro. ¶ Cum aut̄ res sit p̄siderata s̄m vltimā cōsiderationē et
 accipiat in hac cōsideratione id q̄ declaratū est de dispōne apparentie seu
 visionis in scia p̄spectiua videt̄ q̄ iste sermo est possibilis: z q̄ in hoc est ma
 gna difficultas. nam lumē q̄ apparet in hac parte celi vocata lactea de ne
 cessitate vel illud lumē est lumen illarū stellarū q̄ sunt illi: vel lumen ignis
 generati. sed iam declaratum est q̄ impossibile est vt sit lumen ignis: ergo
 nō remansit nisi vt sit lumē stellarū q̄ sunt illi: cum aut̄ stelle vident̄: z etiā
 lumen earū: opz de necessitate vt lumen earū videt̄ seu apparet modo alio a
 modo s̄m quē vñr ille stelle vt declaratum est in p̄spectiua. hoc aut̄ nō po
 test esse nisi esset s̄m modum refractionis siue appareant stelle p̄ radium re
 ctum siue per radium reflexum. iam em̄ declaratum est in p̄spectiua q̄ nō
 videt̄ nisi s̄m aliquē istorum trium modoz: q̄ nō est possibile vt videatur
 res duplicata per vñr radium: cum aut̄ apparentia impossibile est vt sit nisi
 si p̄ refractionē radij necesse est vt sit illic quasi speculum in quo possibilis
 est refractione. hoc autem impossibile est in igne: nā ignis subtilior est aere. s.
 ignis nō luminosus q̄ est: illic refractione autē manifesta sit a corpore grosso
 diaphano p̄ q̄ nō transit lumē: impossibile est igit̄ vt sit hoc q̄ accidit istis
 stellis simile ei q̄ accidit lune de halo: z q̄ p̄tinent lumina earū quedā euz
 quibusdam donec perueniat ex ipsis figura longa. Nam aer qui correspon
 det illo loco seu qui est versus illum locum remotior est a refractione reli
 quis partibus aeris: qz ipse est subtilior vt credidit Arist. z cum hec appa
 rentia nō pōt esse nisi p̄ radium refractum z nō est illic speculū eternum cui
 occurrit tale accēs semp̄ in ipso q̄ est versus istam partē. sequit̄ q̄ nō veri
 ficatur id q̄ dicit̄ est de ipsa q̄ ipsa est refractione luminis a corpore igneo
 seu ignis. nam nō sequit̄ ex hoc q̄ medij q̄ est inter nos z ipsam est subri
 lissimum nisi q̄ ipsa appareat ex reliquis stellis in posteriori parte colum
 ne. nam iam declaratum est in p̄spectiua q̄ stelle opz q̄ appareant per ra
 dium reflexum. hoc aut̄ nō p̄tingit in isto aspectu appropiari nisi si p̄pon
 remus illic radiū refractum: nam ipsa est apparētia duplicata: nam res iā
 apparet figura eius duplicata. s. q̄ vñr apparet duo cū videt̄ p̄ se z median
 te speculo z speculū ex quo sit refractione esset dispositum in hoc: aliqñ antē
 apparet color illius tñr per illud speculum cum fuerit indispōsitum recipere
 figuram z hoc propter paruitatem eius vel propter priuationē eius dia
 phanitatis: z res apparet in vno loco: z lumē eius in alio accidit in vno z
 in halo: z cum nō verificat̄ in ipsa refractione: z hec apparētia impossibilis est
 nisi per refractionem. quid em̄ dicendum est de hoc: vt vñr scribē. ¶ Et dica
 mus q̄ possibile est vt sit causa huius apud me aliqua duarum rerum vel
 ambe simul. prima aut̄ est vt causa huius refractionis sit debilitas visus ab
 apprehensione seu a visione illius propter paruitatē illaz stellarū cum ea
 rum distantia. nam refractione iam accidit ex debilitate visus sicut accidit ex
 spissitudine seu grossitie medij: s̄m hoc erit paruitas illarum stellarū cau
 sa huius refractionis: z propinquitas quarundam earū ad quasdam cā in
 sub ingressu circuloz refractionis quorundā in quibusdam: z duplica
 tio eozum donec appareat hec refractione quid coloratum: cum congregabit̄
 ex ipsa aliqua mensura sensibilibus: z accidit ei cū hoc apparere longa p̄pter

Dubitas
 tio Auer.
 cōtra op.
 Arist.

z

Liber Primus

ingressum circuloꝝ refractionis quorūdā super quosdam. ¶ Signum autē in hoc est q̄ hoc accidit met accidit cuiusdam stelle ad alterā ⁊ est vna ex domibus lune. s. q̄ apparet quasi ita sit nebula alba propter paruitatē stellarū que sunt in ipsa ⁊ cōgregationē quarundam ad quasdā: ⁊ iam s̄m hoc possibile est dicere q̄ propinquitas aeris que est illic ad ascensionem ⁊ illuminationem sunt causa in hac refractione ⁊ s̄m hoc verificabitur sermo. Arist.

¶ Secundus autē modus qui mihi apparet possibilis est vt sit illa pars celi recipiens lumen ab illis stellis. postea illuminat p̄ se seu illuminat ppter multiplicationem seu duplicationem luminis in ipsa propter congregationem illarū stellarum quarundam ad quasdā: erit igitur congregatio causa in intēssione seu in fortitudine protectionis luminis donec appareat per se seu ex se luminosa: ⁊ erit paruitas earū causa in hoc q̄ illud lumē nō apparet valde lustrum: sed est magis propinquū colorī q̄ lumini. Intellego autē cum dico luminoso per se. s. s̄m modum quē illuminat illuminosus: ⁊ est illud a quo ex quolibet puncto illius egrediunt̄ linee radiales recte su per quēlibet punctum corporis oppositi luminoso: inter que possibile est cadere lineam rectam. s. vt egrediāt̄ inter illum punctum luminoso ⁊ illum lineam recta: nō a puncto determinato ad punctū determinatum sicut accidit in refractione ⁊ reflexione: sed posuimus hoc accidēs possibile in celo.

Nam iam declaratum est q̄ corpora diaphana vt aer. U. g. illuminatur tribus modis. s. per se ⁊ per refractionem ⁊ reflexionē. Illuminatio autē per refractionem ⁊ reflexionem nō verificat̄ in corpore celesti propter similitudinem eius. s. quia partes eius sunt similes. ⁊ q̄uis cōcesserimus esse isti nō prouenit ex illis ad terram lumen in locis determinatis vel magis propinquum: hoc est vt non perueniat ex quo refractione non fit nisi ex punctis determinatis.

¶ Illuminari autē per se ab alio possibile est in ipso sicut est dispositio in luna. nam declaratum est in perspectiua q̄ receptio lune lumen a sole: impossibile est vt sit per refractionem seu reflexionem. ⁊ iam declarat hoc Auenetan in tractatu proprio quinti: ⁊ cum posuerimus q̄ lumen celeste recipit lumen ⁊ illuminatus per se sicut est dispositio in aere nō est remotum cum multiplicetur in ipso receptio luminis propter congregationem stellarum quarundam earū ad quasdā vt videat̄ per se cum hoc q̄ ipsum nō est luminoso per se. nam aer cum cadit lumen ab ipso sup corpus coloratum: vel si apparet lumē cum hoc q̄ ipsum non est luminoso p̄ se: ⁊ forte ille partes celi sunt grossiores seu spissiores alijs propter propinquitatem stellarum que sunt illic quarundam cum quibusdā: ⁊ accidit ei ex lumine earum hoc accidens. nam verificabile est vt sit causa coloris illic apparentis congregatio stellarum tr̄m: ⁊ posse est dicere vt coadiuuat huic spissitudo illius partis celi. s. paucitas diaphanitatis donec accidat ei id qd̄ accidit lumini cadenti super parietē. ⁊ per talem modum spissitudinis recipit luna lumen a sole.

¶ Et non est remotum vt corpus celeste sit dñs s̄m magis et minus in diaphanitate nam omne quod inuenit̄ alicui rei per se: seu ex se: possibile est differre in ipsa illa res seu dispositio s̄m magis ⁊ minus: ⁊ hoc declarabitur ibi ex vmbra que videt̄ inter lunam. Nam iam declaratum est in perspectiua q̄ impossibile est vt sit apparentia ⁊ iam declarauit hoc Auenetan in tractatu proprio huic: non igitur est remotum apud me vt sit causa galasie hec quam diximus: vel causa prima vlt̄ ambe simul. Nam cum illuminatio est necessaria. s. in corpore celesti tunc ipsum recipere colorem hic per lumen possibile est in ipso.

¶ Et hic est tertius modus etiam: ⁊ est vt sint in hac parte celi stelle parue valde congregate: quarum corpora nō sentiuntur: sed lumen earum videtur propter fortitudinem eius ⁊ propter ad-

mixtionem. s. admixtionem luminorum quorundam cum quibusdam: et accedit ex hoc ut videatur hoc lumen quoddam visibile cum sint parte mensure seu quantitatatis et ipsum est distans videtur eius lumen et non eius figura est res nota per se accidit autem huic cognitioni in substantia galassie esse cognitio diminuta: propterea quod genus illius est ignotum esse per se. hec sunt verba Commentatoris in predicta expositione.

De pluvia.

Capitulum decimum.



In loco autem secundo post hunc positione: primo autem circa terram dicamus. Iste enim locus communis est aque et aeris: et accidentium circa eam que sursum generationem ipsius: sursum autem et horum principia et causas omnium similiter. Quod quidem igitur ut motuens et principale et primum principiorum circulus est in quo manifeste solis latitudo disgregans et congregans in fieri: prope autem longius causa generationis et corruptionis est manente autem terra quod circa ipsam humidum a radijs: et ab alia que desuper caliditate vaporans fertur sursum caliditate autem que duxit sursum relinquentem: et hac quidem directa ad superiorem locum: hac autem et extincta propter suspensum longius in aerem qui super terram constat iterum vapor infrigidatus et propter derelictionem caloris et propter locum et fit aqua ex aere: facta autem iterum fertur ad terram. Est autem quod quidem ex aqua exhalatio: vapor: que autem ex aere in aquam: nubes: caligo: autem nebule decidentia eius que in aquam concretio: propter quod signum magis est serenitatis quam aquarum. Est enim caligo velut nebula sterilis: fit autem circulus iste imitans solis circulum. simul enim ille ad plagas permutatur: et iste ad sursum et deorsum. Sportet autem intelligere hunc velut fluvium fluentem circulum sursum et deorsum communem aeris: et aque: prope quidem enim existente sole vaporis sursum fluit fluitus: elongato autem aque deorsum. et hoc indefinens vult fieri secundum ordinem: quare siquidem enigmatizabant oceanum priores forte utique hunc fluvium circulariter fluentem circa terras. Elevato autem humidum semper propter calidi virtutem: et iterum lato deorsum propter infrigidationem ad terram propter nomina passionibus imponuntur ex quibusdam differentijs ipsarum: cum quidam enim secundum modum feratur perferades: quando autem secundum maiores partes: pluvia vocatur.

A De ea efficiente.

B Vaporis bes et caligo.

C Oceanus De differentijs aquarum.



Capitulum undecimum. Pro eo autem quod de die evaporat quantum si non suspensum fuerit propter paucitatem sursum ducetis ipsum ignis ad eam que elevat aquam iterum deorsum latum cum infrigidatum fuerit non

D De generatione rosis et pruine

Libri Primus

ete vocatur ros et pruina: pruina quidem quoniam vapor congelatur, prius
quod in aqua per cernatur iterum: fit autem in hyeme et magis in hyema-
libus locis. Ros autem cum concretus fuerit in aqua vapor: et neque
sic fuerit effusus ut exsicceetur sursum dictum: neque sic frigus et con-
geletur vapor: ipse propterea quod aut tepus calidum aut locus fit.
fit enim magis ros in temperate et in locis temperatis: pruina autem sicut
dictum est per trarie. Palam enim quod vapor calidior aqua: huius enim ele-
uantem adhuc ignem: quare amplioris frigiditatis ad ipsum in coagu-
lare. fiunt autem ambo serenitate et tranquillitate: neque enim eleuabun-
tur non existente serenitate: neque constare poterunt utique veteri state.
Signum autem quod sunt hi prope non quod longe: suspenditur vapor. In
motibus enim non fit pruina. Causa autem una quidem hec quod sursum
duci ex submissis et humectis locis: quare velut onus portans
matus sursum ducens caliditas quod secundum ipsam non potest eleuare ipsam
ad multum locum altitudinis: sed prope dimittit iterum. Alia autem
quod et fluit maxime aer existens in altis quod dissoluit persistentiam talem.
Fit autem ros vbi que australibus non borealibus preterquam in polo: ibi
autem per trarie: borealibus quidem enim fit: australibus autem non fit.
Causa autem sicut: sicut quod temperie quidem fit: hyeme autem non. Auster
quidem enim temperie facit: boreas autem hyemem frigidum enim: quare et in
hyeme exhalationis extinguit caliditatem. In polo autem auster qui-
dem non sic facit temperie ut fiat vapor: boreas autem propter frigiditatem
antiparistafum faciens calidum congregat: quare plus vaporat
magis: sepe autem hoc et in extertionibus locus est videre facti: vapo-
rat enim putei borealibus magis quam australibus: sed borealia quidem
extingunt antequam constet aliqua multitudo: in australibus autem
finitur congregari exhalatio: ipsa autem non coagulatur hic quem
admodum in circa nubes loco.

Capitulum duodecimum.

Ad enim tria veniunt corpora constantia propter infrigidationem
aque nix et grando. horum autem duo proportionabiliter: et propter easdem causas
fiunt hiis que inferius differentia secundum magis et minus et multitudinem et paucitatem. Nix enim
et pruina idem: et pluuia et ros: sed hoc quidem multum
hoc autem paucum. Pluuia quidem enim fit ex multo vapore infrigidato:
huius autem causa et locus multus et tempus existens in quo colligitur et ex quo
paucum autem ros: ephemeros enim consistentia et locus paruus: man-
festat autem et generatio eternis velox et parua multitudo. sicut autem et
pruina: nix. Cum enim congeletur nubes: nix est: cum autem vapor: pruina: pro-
pter quod aut tempus aut regionis signum est frigidum: non enim utique co-
gularetur adhuc multa existente caliditate: si non simul superuinceret
frigus. In nube autem adhuc multum inest calidum residuum ignis qui
evaporare fecit ex terra humidum: grando autem ibi quidem fit: in propina

quo autē terre vaporāte hoc deficit. Quēadmodū em̄ dixim⁹ vt quidē ibi nix: hic quidē fit pruina: vt autē ibi pluuia: hic ros: vt autē ibi grādo: hic non contra responder simile: causa autē cum dixerimus de grādine erit manifesta.

¶ Cap. decimum tertium.



Quod autē accipere ⁊ accidētia circa generationem ipsius quācumque non seducentia quādam putata esse rōnabilia. Est quādam em̄ grādo crystallus: ꝑgelat autē h̄yeme: ꝑ grādines quidē fiunt vere ⁊ autūno maxime: deinde autē ⁊ fructuū tpe: h̄yeme autē rarius: ⁊ quā minus frigus fuerit: ⁊ vlt̄ autē fiūt grādines in tēperatiōib⁹ locis: niues autē in frigiditōib⁹. Inconueniēs autē ⁊ coagulari aquā in eo quod sursum loco: neq; n. ꝑgelatū esse possibile anteq̄ facta sit aqua: neq; aquā nullo tpe possibile manere eleuatā existentē. At vero neq; quēadmodū ꝑsecades sursum quidē incidēt ꝑpter paruitatem: immo: ātes autē in aere sicut ⁊ terra ⁊ aurū paruitatē partitū sepe supnatāt sic in aere aqua. Conuenientibus autē multis paruis magne deorsum ferunt ꝑsecades. Hoc autem non ꝑtingit fieri in grādine. nō enim copulant ꝑgelata quēadmodū hūmida. Palā igitur quod sursum tāta aq̄ maneret. nō ei vlt̄ ꝑgelata fuisset tāta.

¶ His quādam igitur vlt̄ passionis cā esse hui⁹ gñationis cū ꝑꝑulsa fuerit nubes in superiorē locū magis existentē frigidū: ꝑꝑterea quod desinūt ibi refractiones radiōꝝ terre: ⁊ veniēs ibi aqua congelatur: ꝑꝑter quod ⁊ estate magis ⁊ in calidis regionib⁹ accidit fieri grandines: quā ad plus calidū sursum pellit a terra nubes. Accidit autē in valde altis minime fieri grādine quibus oportebat: quē admodū ⁊ niuē videm⁹ in altis maxime factā.

¶ Adhuc autē si pe vlt̄ sunt nubes delate cū sono multo secus ipsam terrā: vt terribile esset videntib⁹ ⁊ audientib⁹ tanq̄ futuro aliquo maiori: aliquid autē ⁊ sine sono vlt̄ talibus nubibus grādo fit multa: et magnitudine incredibilis: ⁊ figuris nō rotunda: ꝑꝑterea quod nō multo tpe fit latio ipsius tanq̄ ꝑꝑe terrā sacra coagulatione: sed non sicut illi alunt. ¶ At ꝑo necessariū ab ea quod maxime cā coagulationis maximas fieri grādines. Crystallus em̄ grando ⁊ hoc oī manifestū: magne autē sunt quod figuris nō rotunde. Hoc autē signū est quod sint cōgelata ꝑꝑe terrā: late enim de longe ꝑꝑter ferri lōge fracte vel attrite fiunt: figureq; rotunde: ⁊ magnitudine minores. Quod quidē igitur nō expelli in superiorē locū frigidū coagulatione accidit palā. ¶ Sed quā videm⁹ quod fit antiparistasis calido et frigidū iucē: ꝑꝑ quod in estib⁹ frigida ⁊ inferiora terre ⁊ calida in gelu: hoc opꝑ putare ⁊ in eo qui sursum fieri loco: quare calidiori aut temporibus antiparistasiū passum intus frigidū ꝑꝑter eā que in circuitu caliditatē: aliquid quidē cito aquam ex nube facit:

¶ Opinio falsa de modo generationis grandinis.

¶ Mirabile visu.

¶ Oppositio pumis

Liber Primus

propter quod ⁊ gutte multo maiores in calidis fiunt dieb⁹ q̄ in hyeme: ⁊ aqua labroterre: labroterre quidem enim dicuntur cum subito simul tote magis: subite autem propter celeritatem coagulationis: hoc autem ipsum fit contrarium q̄ vt Anaxago. dicit.

³ Hic quidem enim cuz in frigidum aerem ascenderit: ait hic pati. Nos autem cum in calidum descenderit et maxime cum maxime: cum autem adhuc magis antiparissim patiatur inter factum ab exteriori calido: aquam autem faciens coagulauit et fit grando. ¶ Accidit autem hoc cum citius fuerit coagulatio q̄ aque latio deorsum. Si enim fertur qui quidem: instanto autem tempore: frigiditas autem vehemens existens in minori coagulatum nihil prohibet eleuatum congelari: si coagulatio in minori fit tē

Solutio
secunda.

De cā ma
gnitudis

A pore q̄ que deorsum latio. ¶ Et quanto utiq; propinquius et magis subito fiat coagulatio ⁊ aque labroterre fiunt et gutte et grandines maiores: et propterea qd̄ breui feruntur loco: et non crebre gutte que magne cadunt propter eandem causam. minus autem estate fit q̄ vere: et autumno: magis tamē q̄ hyeme: quia siccor aer estate: in vere autem adhuc humidus: in autūno iam

humectatur. Fiunt autem quemadmodum dictum est ⁊ in maturatione fructuum grandines propter eandem causam. Confert autem adhuc ad celeritatem coagulationis et post calefactū esse aquam: citius enim infrigidatur propter quod multi cum calidam infrigidare cito voluerunt: ad solem ponunt primo: et qui

Notatu
dignū.

Circa pontum cum in glacie habitacula fecerint ad piscium nationes. Venantur enim decidentes glaciem aqua calida et circumfundunt calamis: propterea qd̄ citius coagulatur: vtuntur enim glacie quasi plumbo vt quiescant calami. Calida autem fit cito conflans aqua in regionibus et temporibus calidis. fiunt autem circa Arabiam et Ethiopiam estate aque et non hyeme: et hic vehemens et eadem die sepe propter eandem causam. Cito enim infrigidantur antiparissim que fit propter calidam esse regionem valde. ¶ De pluuia quidem igitur et rose ⁊ nixe pruina et grandine propter quam causam fiunt ⁊ que natura ipsorū est: dicta sit tanta.

Capitulum decimumquartum.

In aere
sunt duo
loca.



ostq̄ autem locuti fuimus de his que fiunt secundum plurimum in locis superioribus: dicamus nunc de eis que fiunt in loco inferiori. Nam videtur q̄ in aere sint duo loca: vnus eorū est locus superior ⁊ est ille in quo fiunt comete et flamme. Alius est in quo fiunt pluuia ⁊ nix et pruina et grando. ¶ Et hic locus in quo ista fiunt habet gradus. In superiori enim eius parte fit pluuia et nix et grando. In inferiori autem parte huius fit ros et pruina. Et ordo istorum locorum appareret cum dabimus causas istarum productionum seu generationū. ¶ Et in

primis loquamur de pluuia: et dicamus q̄ genus est notum: et est illud qd̄ generatur ex aere. Nam non est ibidem aqua in actu: nam ille locus non est naturalis aquae: nec est ibi aliquid cogens ipsum remanere illic: sed inuestigatio hic de dispositione eius est inuestigatio de causis generationis eius. Et de causis q̄ generatio huius procedit fm̄ rectitudinem et ordinem determinatum. Et hoc etiā declarabitur ex rebus quas praediximus et sup̄ posuimus. Jam enim dictū est a nobis q̄ sol producit duo genera exhalationum: vnum est calidū et siccū: et aliud calidū et humidū. Et ipse facit hoc magis in parte ad quam ascendit. Exemplū huius cū ipse ascendit ad septētrionem excitat has duas exhalationes. Et similiter facit i parte meridionali cum fuerit descendens ad ipsam: et cum reuoluitur a parte ad quam descendit: sequitur de necessitate vt̄ in frigidetur ille vapor calidus et humidus: et maxime illud quod fuit de ipso in loco in quo non peruenit ad ipm̄ reflexio radiorum. Nam manifestum est ex iam declaratis q̄ iste locus est frigidior omnibus locis aeris. Nam iam declaratum est q̄ calefactio solis et stellarum fit per motum vel per reflexionem. Reflexio autem fit in terra et illis que sunt propinqua terre propter grossitudinem corporis eius et duritiem seu soliditatem eius: et declaratum est q̄ haec reflexio habet finem seu terminum. et in loco vbi desinit non aduenit de caliditate aliquo modo. Nam causa reflexionis est minima: que cum non fuerit radius cadens super terram secundum angulum rectum vel prope rectum. hoc autem est in parte ex qua reuoluitur sol. cum hoc eēt q̄ iste locus est magis remotus a corporibus celestibus. ipsa igitur etiam non possunt facere peruenire caliditatem que fit per motum. Et signum huius est qd̄ aer qui est in ipso non videtur moueri per motum totius. et cum hoc fit ita: et fuit iste locus magis fortis vt̄ apparet in eo frigiditas cum hoc quod sol reuoluitur ab ipso: necessarium est vt̄ sit frigiditas in illa hora dominans in aere in illo loco multum. Nam aer qui est ibidem est humidus propter propinquitatem huius loci ad terram. Et grauitas aeris humidū accidit ei vt̄ ingrossetur a frigiditate et fiet ex ipso nubes: et cum intenditur grossities eius transmutatur ad pluuiam et descendit. Ipse enim propter equalitatem partium eius ad recipiendum generationem transmutatur multas ex ipso simul. Et omne illud cui aduenit hoc habet mensuram aliquam secundum quam conseruatur sua forma in aere donec cōsumatur illa nubes: aut remanebit ex ea illud quod potest non transmutari in aquam: et est caligo. Et ideo est signum clarificationis seu serenitatis. Et haec est causa in hoc quod sua descensio non fit: ita quod inter guttam et guttam fit interpolatio magna: neq̄ tota simul: sed quasi descendit consequenter. Quod autem aeri calido humido accidit tale: scilicet quod frige fit manifestum est ex eis que apparent in balneis et in quibusdam aliis in quibus sunt guttae. Declarata igitur est ex hoc sermone causa generationis pluuiae: et sunt cause que se habent loco differentiarum in diffinitione eius. de clarabitur etiam cum hoc quare sua generatio est secundum circulum rectum. nam maior pars istorum sequitur a motu solis: quibus etiam apparet q̄ luna habet in hoc introitum parū cum diminuitur lumē eius. et ideo multiplicatur pluuia in illa hora fm̄ plurimum. i. in fine mensum. nam ppter paucitatem luminis eius: accidit aeri etiam in illa hora frigiditas intensa: cum hoc quod illa frigiditas est conueniens vt̄ fiant ex ipsa pluuia. Et propter hoc dicitur qd̄ natura lune est frigida et humida. et simile huic videtur accidere soli cum est cum aliqua stella seu cum habet certum aspectum ad certam stellam. i. q̄ tunc fit quedam habitudo ex qua causa

Quare luna dicitur esse frigida et humida.

Liber Primus

tur multitudo pluuiarum et e conuerso sicut dicitur de combustione venezris et aliarū. ¶ Sed cā in diuersitate pluuię ita q̄ sint ex ipsa gutte magne et spisse; et alie species pluuię est diuersitas dispositionis subiecti et fortitudo agentis et debilitas eius. nam aer cum fuit calidus et humidus recipit post stabilitatem maiorem et trāsmutat̄ur statim ad guttas magnas ex quibus fit pluuiā grossa: et maxime cum fuerit contraria. scilicet caliditas et frigiditas simul. Sed cum nō est fm̄ hanc dispositionē et est in extremo opposito fit ex ipso pluuiā minuta. Illud autē qd̄ est inter hec duo extrema est mediū fm̄ dispositionē subiecti. Sed cum aer calidus et humidus magis velociter recipit formam aque q̄ frigidus: vel manifestum est: quia aque calide magis

7 **¶** Et stringit calorem extraneū nō naturalem in generato: ⁊ operatur calor extraneus in illo generato ⁊ putrefacit ipm: ⁊ si nō esset constrictio illi frigus in calorem extraneum generati ⁊ prohibitio eius a dissolutione: calor ille extraneus dissolueretur a re in qua esset: ⁊ separaretur a re ante q̄ putresceret: dixit.

¶ In hyeme quidem enim paucum in ambiente aere: ⁊ aqua calidum: quare nihil potest.

¶ Et non habet calor extraneus in hyeme putrefacere res tm̄ quātum in estate. Et causa huius est: qz frigus in tēpore hyemis habet posse magnum super aquam ⁊ aerem.

8 **¶** Et illud qd̄ est in rebus est per calorem aeris. s. per calorem extraneum res parua ⁊ non h̄yp̄osse putrefacere res: ⁊ propter hoc illud qd̄ corūp̄itur in hyeme per viam putrefactionis: festinat in re illa corūptio que est per congelationem ⁊ desiccationem: propter victoriam frigus super illā rem quando destruitur calor naturalis per calorem extraneum: et propter illud infirmitates hyemales sunt huiusmodi.

20 **¶** In estate autem amplius.

¶ Sed in estate est putrefactio magis q̄ in hyeme.

9 **¶** Et illud est: qz multum est de calore extraneo in illo tempore: ⁊ hoc est p̄pter calorem aeris circūstātis res: ⁊ p̄pter hoc nō festinat in generatis corūptio que est p̄pter victoriam congelationis ⁊ desiccationis: que eueniunt post putrefactionem parua: sicut festinat in eis in hyeme: s̄ festinat in eis putrefactio q̄ est per dissolutionem ⁊ putrefactionem ⁊ combustionem: ⁊ vniuersaliter illa putrefactio que est per humiditatem extraneam: non illa que est propter siccitatem extraneam.

¶ Et neqz qd̄ coagulatiū. Magis em̄ frigidū q̄ aer calidus. Nō igitur obtinetur: mouens aut̄ obtinet/ nec feruens quā calidum.

¶ Et frigiditas aque est maior q̄ calor aeris ⁊ intensior: ⁊ ideo Cōcretuz admiscetur aer/ cum aqua/ ⁊ temperatur/ ⁊ admiscetur cum ea: et si essent equales ⁊ equipotentes ⁊ parificarentur non admiscerentur nec temperarentur: ⁊ operans ⁊ mouens res est quod cōprehendit: ⁊ circumdat res ⁊ coniungit.

10 **¶** Et vult dicere s̄m q̄ mihi videt q̄ causa in tēperando ⁊ admiscendo contraria est quia potentie sunt inequales: ⁊ illud est in quolibet quatuor elementorum: ⁊ si illud non esset non temperarentur ⁊ admiscerentur per motorem: qz si potentie essent equales non operaretur vna in altam sibi cōparē: ⁊ si sic esset: non esset hoc posse aliquod virtutū actiuarum: ⁊ non tunc esset effectus. **¶** Et ideo necessarium est si sit commixtio q̄ sit vnum duoz uz

elementorū fortioris operis in vna qualitatū contrariarū q̄ suum cōpar Si sit cō-
 si sit contrarium in duabus qualitatibus: vel in vna qualitate tantū con- mixtio ne
 traria sit vna potentior altera: si non habent cōtrarietate ad se inuicē nisi cessariū ē
 in vna qualitate tantū. Et propter hoc necessariū a est q̄ non sint tm̄ vt vna q̄
 inuente in duobus elementis due qualitates substātales eis in fine. Et litatū cō-
 exemplū huius est: qm̄ si ignis esset calor: et sicitas esset in eo in fine: et sic trariarū
 frigiditas et humiditas in aqua nunq̄ temperarētur et admiscerent̄ ignis sit potens
 et aqua et faceret aliquid: et propter hoc q̄ sicitas ignis non est in fine: nec fit potens
 humiditas in aqua potuit esse q̄ vnum esset potentius: et ideo admiscēt se. 10. me. cō.
 Et quando dicit q̄ operans est constringens et cōprehendens res sic vo 23. et. 1. ce.
 luit dicere operatorem proximi mixtioni elementorū in cōpositis erit ca: 2. 7. et. 2. 5
 lor operans et faciens: vel inuentus in seminibus: et ille est in genitis: vel O
 calor inuentus in elementis: et si voluit dicere extremam operationem rez gener. et
 frigidarum licet sit temperamentum: dicere volet inuentum in elemētis in corrup.
 locis suis et mixtionem: et quia non inuenitur in locis suis simplicia et pu cōm. 48.
 ra: tunc erit operator motus corporum celestium.

Minoꝝ enim que in aere caliditas ea que in re: quare non ob
 tinet neq̄ facit permutationem: neq̄ vnam. Similiter autem et
 quod mouetur et fluit minus putrescit q̄ non motum. Debilior
 enim fit mot⁹ qui ab ea qua in aere caliditate q̄ qui in re preerl
 sit. Quare nihil facit permutari.

Et calor qui est in aere est minor calore naturali quem admit-
 tit res in sui perditione: et propter hec non est calor aeris compie-
 hendens et constringēs rem suam sicut facit naturalis in illa. Et
 corruptio rei mouentis per calorem aeris circumstantis est mi-
 nor q̄ corruptio rei quiescentis.

Vult dicere q̄ in quiete coniunguntur duo: vnum est mortificatio calo-
 ris naturalis: et aliud est confirmatio caloris extranei in ipso ad operandū
 fixe in illam rem quiescentē: effectus enim augentur ex operante in quiete:
 et ideo ea que fiunt indigent quiete quādiu fuerint: in locis eorū propiis: in quiete
 et ideo vituperant et reduarguunt, medici motum post cibum.

Eadem autem causa quare multum minus putrescit pauco
 in maiori autem amplior est ignis propius et frigidum q̄ vt obti-
 neant que in circumstante virtutes.

Et qm̄ calor aeris est debilior q̄ calor naturalis persenerat et
 non in eis corruptio propter calorem aeris.

Et propter hoc quanto magis paratior est res pati ab aere et calefieri ab
 ipso: tanto magis erit putrefactio eius preparata: et citius quam res: que
 debiliter calefit per aerem.

Propter quod mare s̄m partem quidem diuisum cito putre-
 scit. Totum autem non. et alle que eodem modo: et animalia fiūt
 in his que putrescunt: propterea q̄ segregata caliditas naturalis
 existens constare facit segregata.

Et propter istam rem fetet aqua maris que recedit ab illo et
 mutatur: et hoc non accidit vniuerse aque maris.

Et causa in hoc est: qm̄ aqua diuisa propter frigiditatem eius paruum
 citius calefit: aere calefactione fortiori q̄ suum totum. Et vniuersaliter

a Necessariū est qd nō sint t̄m tū iūctē t duob⁹ ele mētis due q̄litates substāles in fine. P II Effectus augentur operante in quiete in quiete R Mare. 12 13

Liber Quartus

De spēs⁹ huius est causa : qm pars rei quādo diuidit a re restinat in eam corruptio
digestio nis & idē
gestionis
Digestio.
Pepāsis.
Epēsis.
Opresis.



¶ Quid quidem igitur est generatio: & quid corruptio dictū est. Reliquum autem est dicere habitas species quascūq; dicte virtutes operantur ex suppositis natura constātibus tam. Est itaq; calidi digestio: digestiōis autem pe

Indige
stio.
homotes
Molis.
Stathē
sis.

panis adhuc optelis. Frigiditatis autem indigestio: hulus aut homotes molinsis stathēsis. Opz aut existimare nō pprie hec dōci nomina rebus. Sed non tacent vnuerfaliter hīs que similiter: quare non has sed tales oportet putare esse dictas species: dica mus autem ipsoꝝ vnunquodq; quidem. ¶ Digestio quidem igitur est perfectio a naturali et proprio calido ex oppositis passi uis. hec autem sunt propria vniciuq; materia. Cum enim dige stum fuerit perfectumq; est & factum & pncipium perfectionis a caliditate propria accidit.

¶ Quid est
digestio.

¶ Et postq; manifestum est quid sit generatio & corruptio: con uenit vt manifestem⁹ illud quod pertinet illis: & est eius propriū. de operibus istarum virtutum quas prediximus: q; sunt cause ge nerationis & corruptionis in rebus naturalibus. ¶ Incipiamus in digestionē: & dicamus q; opus caloris est digestio.

14

¶ Et digestio fit in decoctione tpata: sed frigus opus eius est p̄trariū huic operi: & illud est: qz ipsum prohibet digestionē: & sua prohibitio est cū cru ditate & priuatione digerēdi. ¶ Dixit Arist. & hoc qd ostēdit super ipsum hoc nomē est infinitū: cōuenit adhuc q; faciamus intelligere hoc qd ostēdit dicere distinctiones explanātes: & dicamus q; digestio est cōplementū qd fit per calozē naturalē per passiones rerū cōtrariarū. s. q; digestio est cō plementū passionis & mixtionis rerū cōtrariarū que admiscēt & tēperant cōplexione propria in re qualibet generata. ¶ Et certū est q; omne genera tum hz vnū modū mixtionis: & sua perfectio & cōplementū est eius digestio: & ideo qn est digesta materia cuiuslibet generati explicata est eius inuen tio & perfecta. et cōstat q; cōplementū & explicatio materie mixte qd est di gestio est per calozē naturalē & propriū in illo generato. ¶ Et hoc manife stum est in cibatione: qm cibatio fm quid est generatio: & nō est differentia inter generationem fm partem & generationem fm totum.

x

Cibatio
fm qd est
gnario.

¶ Et per aliquod extreriorum auxillium cōsumatum est velut alē mentū cum digeritur: & per balnea & per aliqua talia aliudq; prin ciptum que in ipso caliditas est.

¶ Et potest esse q; sit illud complementum: & est digestio per ex traneum calorem admixtum temperatum calori naturali: sicut est digestio hominis in comedēdo mel vel res calidas comestas vel bibitas.

15

¶ Et illud est q; iste iunāt a digestiōe alioꝝ cibarioꝝ cū calore extraneo qd est in eis: verūtamē operās digestionē oibus modis est calor naturalis. ¶ Finis autem hīs quidem natura est: natura autem quam dici mus vt speciem & substantiam.

Et complexio rei qua venit per digestionem est sua forma et substantia que nominatur natura.

Et illud est q̄ subiectū digestionis conuertitur quādo iam digestum est 16
ad formam operantis digestionē ⁊ ad naturam suam: sicut cibaria que q̄n
digesta sunt conuertuntur in calorem naturalem in similitudinem speciei
caloris digerentis illa cibaria.

His autem in subiectam quandam formam finis est digestio-
nis: cum tale fuerit factum ⁊ tantum humidum optesim passum
aut hēpēsīm: aut putrefactum: aut aliter taliter calefactum: tunc
enim vtile est ⁊ digestum esse dicimus: sicut mustum ⁊ que in na-
scentijs constantia cum facta fuerit quale ⁊ lachryma cum facta
fuerit lippitudo vel limus: similiter autem ⁊ alia. Accidit autem
hoc pati omnib⁹ cum obtineatur materia ⁊ humiditas. Hec enī
est que terminatur ab ea que in natura caliditate: quando enim
insit in ipsa ratio natura hec est propter quod ⁊ sanitas signa q̄
talia: ⁊ vna ⁊ secessiones ⁊ totaliter superfluitates: ⁊ dicuntur
digesta esse cū insinuet caliditatē ppriā obtinere in determinati.

Et illud est q̄ quādo admiscetur cum illis humor qui est po-
tens digerit digestio fm q̄ conuenit: sed quando non est humi-
ditas maior q̄ conuenit: nec minor: nec etiam similiter opus ope-
rantis est excedens nec magis nec minus: sed ⁊ constat q̄ subie-
ctum stabilitum est operi digestionis in ipsum per calorem natu-
ralem quando mutatur: aut assatur: aut putrescit: sicut mustum
quod stabilitum est digestionī: quando bullit: ⁊ feruet: ⁊ sic multi
fructus stabiliuntur digestionī: quando maturescunt. Et quādo
completa est digestio in rebus que digeruntur: separātur ab eis
superfluitates que non expediunt corpori: sicut vna sudor ⁊ ege-
stio: ⁊ sic sanes spissa lachrymalium in egritudinibus oculorū.
Et ideo dicitur quod ista cibaria quando ventunt ad suum finem ⁊
quod sunt maturata ⁊ digesta: quia digestio in eis est completa
quando calor naturalis vicit super ipsa: ⁊ separauit ipsa ab indi-
gestis separatione perfecta.

Et illud quidem est quando non remansit de illis aliquid non est cōue- 17
niens ad essendum partes digesti: ⁊ similiter non relinquitur in re digesta
aliqua pars illarum superfluitatū scilicet res quando conuenit vt sit pars
digesti: ⁊ hoc opus completum est per victoriam caloris naturalis sup ma-
teriam in qua operatur: ⁊ propter potentiam super eam.

Necessesse autem digesta grossiora ⁊ calidiora esse. Tale enim ef-
ficat calidum melioris molis ⁊ grossius ⁊ siccius. Digestio quidē 3
igitur hec est. **I**ndigestio autem imperfectio propter indigen-
tiā proprie caliditatis: indigentia autē caliditatis frigiditas est. hic sumi
solz q̄ di-
gestio p̄-
cedit in-
grossādo.
Quid est
idigestio.
imperfectio autem est oppositorum passiuorum que quidem est
vinculq; nature materia. Digestio quidem igitur ⁊ indigestio de
terminetur hoc modo. Pēpansis autem est digestio quedam. Di-
gestio enim alimentī in pericarpys pēpansis dicitur.

Liber Quartus

Et quando digeruntur res inspissantur et ingrossantur et calescunt et arefcunt postq̄ fuerunt frigide. Operatur autē illis sic citatem et spissitudines calor naturalis: et hoc quod predictum est opus caloris naturalis: s; opus frigoris quod prohibet digestionem est diminutio complementi digestionis que est per calorem naturalem: et hoc est quod dimiuit calorem naturalem: et res in uente per huiusmodi opus scilicet frigoris sunt nō finite neq; cōplete: et ille vn̄uersaliter sunt contrarie rebus que generant per calorem naturalem in diminutione et in complemento: propter cōtrarietatem virtutum operantium in ipsas: similiter in complemento et diminutione: et hec est diffinitio digestionis et indigestionis: et digestio habet latitudinem aliquam inter principium et finem quando diuersificatur in eis secundum magis et minus: sicut in fructibus.

18 **Q**uia principium digestionis in istis est apparitio prima bonitatis: et finis digestionis est complementum illius bonitatis.

Quoniam autem digestio perfectio: tunc autem pepansis perfecta: quando semina que in pericarpio possunt efficere tale alterum quale ipsum est: etenim in alijs perfectum sic dicimus. Pericarpij quidem igitur hec pepansis que a naturali calido. Dicitur autem pepana et alia multa digestorum secundum eandem quidem speciem: metaphoricē autem: propterea q̄ non facent sicut dictum est prius nomina secundum vn̄amquamq; perfectionem circa ea que terminantur a naturali caliditate et frigiditate. Est autem que nascentiarum et flegmatis et talium pepansis que a naturali calido digestio inexistens humidi: impossibile enim terminare non obtinens. Ex spumosis quidem igitur aquosa: ex talibus autem que terrestria consistunt: et ex subtilibus semper grossiora fiunt pepansim passa omnia: et hoc quidem ipsam naturam ducit secundum hoc.

Et iste finis scilicet: est nominatus in omnibus nomine deriuato a complemento: et certe conuenit rei generate nomen cōplementi quando habet vigorem semen eius: et granum generandi suum simile. Et aliter dicitur maturatio per similitudines ad maturationem naturalem: illud quod generatur per opus caloris naturalis in humorem extraneum in corpore animalis: sicut res ducitur apostema ad sanctem albam: et conuertuntur humores in illis ad sanctem illam: et quando digeruntur res subtiles aeree alterantur primo ad aqueitatem: et post aqueitatem ad terrestritatem: et post inspissantur et ingrossantur: et illud est quod propletas mutationis est quod inspissat res subtiles: et quando digeritur res cōuertit natura partē eius ad ipsuz cuius est natura.

19

Nolo dicere ad corpus rei cuius est natura: et h̄ est ei assimilatio.

Capitulum tertium.



Et autem efficit. Pepsansis quidem igitur dictum est quid est. **C**homotes autem est contrariū. Contrariū autem pepansis indigestio alimenti in pericarpio. Hoc autem est interminata humiditas propter quod aut spu-
mosa: aut aquosa: aut eorum que ex ambobus est: homotes. **Q**ui autē pepansis perfectio quedā est: homotes imperfectio erit. Fit autem imperfectio propter indigentiam naturalis calidi et incō-
mensurationem ad humidum quod pepansim patitur.

Et efficit similiter aliquam partem illius rei et expellit ab illo corpore: et hec expulsio est deassimilatio: et ideo non potest esse in aliquo generato quin apparet superfluitas materie. Et postquā narrauimus de digestionē completa: nunc narremus de indigestione et immaturitate: et que sunt. et dicamus quod cruditas est cōtra-
ria digestionē et maturitati quam premisimus: que est inuenta in fructibus: et etiam alijs rebus. Cruditas autem et immaturitas
sunt propter multitudinem humiditatis extranee in re. Et crudi-
tas est per remissionem parue ventositatis in re digesta et aquei-
tatis: et illud quia digestio postquē est complementum passionis materie et decoctionis eius: erit cruditas decoctionis diminutio in materia: et complementi passionis eius: et vniuersaliter prohibēs operationem maturationis postquē res est cruda est diminutio ca-
loris naturalis: et victoria humiditatis.

Sed quando calor et humor sunt proportionati in mensura: tunc matura-
rescit res cruda. calor autem maturat rem humidam quā non admisceat cum illo siccitas. maturitas enim est a calore naturali et humore naturali: sicut putrefactio est a calore accidentali cum humiditate accidentali.

Nullum autem humidum ipsum secundum seipsum pepansim patitur sine sicco. Aqua enim non ingrossatur sola humidorum: accidit autem: aut eo quod calidum sit paucum: aut quia quod terminatur multum.

Et oēs res humide inspissantur per calores preter aquā solū. **A**qua.
Et illud est quia calor est in ea parum et humiditas multa: et vniuersaliter terminatum in ea et est qualitas passiva vincens et terminans in illa: et est qualitas agens deuicta.

Propter quod et subtiles humores eorum que homa sunt et frigidi magis quam calidi et inesibiles et impotabiles. Dicitur autem homotes sicut et pepansis multis modis: vnde et vīne et secessiones et catarri homini dicuntur propter eandem causam: eo enim quod non sunt obtenta a caliditate neque constant: homa omnia appellantur.

Et omnes succi crudi sunt frigidi: et non calidi: neque comesti: neque potati. Etiam inuenitur cruditas et priuatio immaturitatis in rebus multis manifestis. Sunt enim quedam inuenta in superfluitate per effectum sicut vīna: et egestionē et mucilagīne et hoc est in egritudinibus.

Liber Quartus

22 ¶ Quia quodlibet istorum est tenue: subtile: & clarum propter diminutionem operationis caloris naturalis in ipsum.

£ ¶ Longe autem procedentibus & later homus: & lac homum: et alia multa dicuntur: si possibilis permutari & constari a caliditate non passa sint: pp qd & aqua epsefim passa dicit. Homo autē nō dicit qz non ingrossatur. Hepāsis quidē igitur & homotes dictū est quid est: propter quid vtrumq; ipsorum est.

Quid est
hepsefis

¶ Hepsefis autem est fm totū quidem digestio a caliditate humida inexistens interminari in humido. Dicitur autem nomen proprie solum in elixatis: hoc autem utiq; erit sicut dictū est spumofum aut aquosum.

f ¶ Et est inuenta cruditas in rebus artificialibus: sicut inuenitur in vase fictili: & in lateribus: & similibus. Sed cruditas dicta in rebus istis non est talis qualis ea que dicitur in rebus naturalibus. Et sunt quedam res que non recipiunt vel maturitatem vel cruditatem: sicut aqua que nec ingrossatur nec inspissatur: iā rememorauim⁹: qd maturitas: & quid cruditas: & quid est digestio.

23 ¶ Quia digestio & sba digestiōis est tēperātia equalitatis caloris & humoris q̄ reperiunt in corpe terrestri preparato ad gnationē: & generata in q̄bus generat maturitas sunt cōueniētia illi & pparata ad receptionē illi⁹. Et res pparate ad receptionē maturitatis sunt res spūales: qm̄ omnes hmōi sunt q̄ maturant. & digerunt p opus spūalis caloris in humiditatem aquosam. s. caloris naturalis ipsorū spirituū videlz rerū aiatarū. Et illud est qz digestio tēperata in istis est dicta fm prioritatem.

¶ Digestio autē fit ab eo qui in humido igne. Que em̄ in frizuris assantur ab extrinseco calido patiuntur: in quo autē est humido facit illud magis siccum in ipsum assumēs. Quod autē elixatur cōtrariū facit. Segregat em̄ ex hoc ipso humidū a caliditate que in extrinseco humido. Propter quod sicciora que hepsefim passa sunt q̄ assa. Nō enim attrahūt in seipsa humidum que hepsefim patiuntur: preualet enim que de foris caliditas et que intus: si autem vinceret que intus traheret utiq; in seipsam.

5 ¶ Sed res & toste & assate sunt res que arefcunt & desiccant ante maturationem per operationē caloris extrinseci extranei in illis: nō caloris naturalis: nam proprietates est caloris extranei q̄ dissoluat humiditates: & consumat eas anteq̄ perueniat res ad maturitatem. Sed & hoc extrinsecū in apparenti: sed res digeste maturitate accidit eis contrarium huius: quia non desiccatur in eis ante digestionem extrinsecus apparens: quia humiditas in eis consumitur: & desiccatur proportionaliter intus ex extra simul: sicut in alijs operationibus nature: e contrario arti: & ideo sunt res toste & assate aride & sicce in apparenti extrinseco plus q̄ res maturate: & habent plus de humore intus: qm̄ calor extraneus propter grossitiam suam non habet victoriam in eo quod est intra.

24 ¶ Sicut evenit in digestionem completa & nāli: vbi equalitas est intus et ex.

¶ Est autem

¶ Est autem non omne corpus hepesim passibile: neq; enim in quo nullum est humidum velut in lapidibus: neq; in quibus inest quidem: sed impossibile obtineri propter spissitudinem velut in lignis: sed quecumq; corporum habet humiditatem passibiles ab ea que in humido ignitione.

¶ Et non omnes res digeruntur et maturantur: et hoc quia res sicce in quibus non est humor: nec maturantur: nec digeruntur: sicut lapis siccus in quo non est humor: et sic non digeruntur res sicce rare ponderose: vel lignum et similia.

¶ Et similiter dense quoniam non recipiunt humorem superuenientem nec retinerent in semetipsis propter constrictionem suarum partium et adnationem earum: sed res que maturantur sunt in quibus est humiditas passiva caloris inuenti in ipsis.

¶ Dicitur et aurum hepesim pati: et lignum: et alia multa: secundum speciem quidem non eandem: metaphorice autem: non effacet nomen differentie.

¶ Et iam dictum est quod aurum et lignum decoquitur: et maturescit quando generatur. Sed hoc dictum est propter similitudinem: et non secundum veritatem.

¶ Volo dicere quod maturatio melius et plus dicta est de animalibus quam de vegetabilibus: et inuegetabilibus plus quam de mineralibus.

¶ Et humida autem hepesim pati dicimus velut lac et mustuz: cum quidem in humido humor in speciem aliquam permutatur ab eo quoniam circuitu et deorsum igne calefaciente: quare modo quodam simile dicte hepesi facit. Finis autem non idem omnibus neque elixaris: neque digestis: sed his quidem ad esum: his autem ad sorbitionem: his autem ad aliam opportunitatem. Quoniam et pharmaca elixari dicimus: quare quecumq; grossiora possunt fieri aut minora: aut grauiora: aut hec ipsorum talia: hec autem contra propter id quod disgregata: hec quidem ingrossari: hec autem subtiliora sicut lac in serum et coagulum omnia elixabilia sunt.

¶ Oleum autem non elixabitur ipsum secundum seipsum: quia horum nullum patitur. Secundum hepesim quidem igitur dicta digestio hec est. Et nihil differt in organis naturalibus et artificialibus siquidem fiat. Propter eandem igitur causam omnia erunt.

¶ Et iam dictum est maturum quidem de re naturali: sicut maturum de lacte: et de non naturali sicut maturitas succi rubei et aliarum rerum que maturantur per calorem exteriorem aeris. scilicet per calorem extraneum. Et istud est propter similitudinem ad maturitatem naturalem. Et maturitas naturalis versus est diuersa maturitati que est per calorem extraneum: quia finis utriusque diuersus: et illud est quia fines rerum maturatarum sunt diuersi. et quod faciunt homines sicut est diuersum. Et est quia aliquid est comestum: et aliquid potatum: et aliquid quod non est comestum neque potatum: et medicine: ita deum est in illis que sunt mature: quam sunt inspissate et ingrossate. Et aliquid res in sua maturitate

Liber Quartus

inspissatur: et aliqua pars eius non: et subtilitas aliqua pars eius: si
erit lac cuius substantia casealis inspissatur in decoctione: et subti-
liatur substantia aquosa et separatur in ipso. Sed oleum non ma-
turatur nec decoquitur/nec ingrossatur.

27 ¶ Sed alterabitur antequam recipiat figuram inspissationis: et destruetur.

¶ Molinsis autem indigestio quidem est: contraria autem hepsefi.

*Inquinatio
in elixatio* ¶ Erit autem utique contraria prima dicta indigestio eius quod in
corpore interminati pro defectum caliditatis que in humido quod
in circuitu. Defectus autem cum frigiditate quod est dictus est. Fit
autem propter motum alium: expellitur enim digerens: et defectus
autem aut fit propter multitudinem frigiditatis in humido: aut
propter multitudines que in hepsefim patiente. Tunc enim accidit
eam que in humido caliditatem ampliozem quidem esse quam ut non
moueat: minorem autem quam ut regulet et condigerat. Propter quod
duriora quidem que molinsim patiuntur fiunt: quam hepsefim passa:

Assatio ¶ humida autem determinata magis. Hepsefis quidem igitur et
molinsis dictum est: et quid est et propter quid est. ¶ Optesis au-
tem est digestio a caliditate sicca et aliena: propter quod et si quis
hepsefim exercens facit permutari et digeri: non ab humida calidi-
tate: sed ab ea que ignis cum consumatum fuerit assatum sit: et non
elixatum et excessu adustum esse dicitur: a sicca autem caliditate
fit cum siccus fiat consumatum: propter quod et exteriora sicciora

¶ Interioribus: elixata autem contrarium. Et opus est manu arti-
ficum manus assare quam elixare. Difficile enim exteriora et interiora
regulariter calefacere. Semper enim propinquiora igni exsiccantur
citius: quare et magis: conclusis igitur exterioribus poris non po-
test segregari intus existens humidum: sed includitur cum poris re-
clusi fuerint. Optesis quidem igitur et hepsefis fiunt quidem arte.

Ars nature ¶ Sunt autem sicut diximus species vniuersaliter eadem natura.

emula. ¶ Siles enim que sunt passionis sunt innominate. Imitatur enim ars na-
turam. Quia et alimentum in corpore digestio similis hepsefi est. Et. n.
in humido et calido a caliditate corporis fit scilicet digestio et indi-
gestio similis molinsis. Et alias non fit in ipsa digestionem sicut qui

Librici. ¶ dam aiunt: sed in segregatione putrefacta in inferiori ventre: des-
inde ascendit sursum: digestum est enim in superiori ventre: putre-
scit autem vter in inferiori segregatum: propter quam autem cau-
sam dictum est in alijs. Molinsis quidem igitur hepsefi contra-
rium. Et autem que ut optesis dicte digestionis: est quidem aliquid

Excaldatio. ¶ oppositum similiter: minus autem nominatum. Erit autem utique
si fiat statens: sed non optesis: propter defectum caliditatis que
accidit utique: aut propter paucitatem exterioris ignis: aut propter
multitudinem aque: que in eo quod optesim patitur: tunc enim
plus quidem est quam ut non moueat: minor autem quam ut digerat.

¶ Quid quidem igitur est digestio et indigestio: et pepansis

et homotes et hepesifis et optesis et contraria his dictum est.

Capitulum quartum.



Assuorum autem humidi et siccit dicendū species. Sunt autem principia quidē corporū passiva: humidū et siccum: alia autem mixta quid ex his: cuiusque autem huius magis secundum naturā sunt: puta hoc quidē siccit magis: hoc autem humidū. **D**ia autem hec quidē actu erunt: hec autem in opposito: huius autem sic liquatio ad liquabile. **Q**ui autem humidū est bene terminabile: siccum autem difficile terminabile: simile aliquid pulmēto: et condimentis adinuicem patiuntur. Humidum enim sicco causa terminari: et utrumque utriusque velut colla fit.

humidū
bñ terminabile sic
cum vero
difficile.

Decoctio igitur completa et digestio est illa que fit per maturationem completam predictam: et res que sunt valde digeste et decocte sunt debiliores et fluxe magis quam res que non sunt valde digeste: et res quarum digestio non est completa in fine sunt duriores: et assate habent posse magnum in calore et siccitate: et res assate calor apparens in illis est fortior quam interior calor: et in maturatis interior calor est fortior quam calor apparens. Et in rebus evenit assatio duabus de causis: una illarum causarum est siccitas materie sue: et secunda est potentia caloris sicut accidit rebus sicce materie quando appropinquant igni. Et privatio assabilitatis evenit duabus de causis. Una illarum est diminutio caloris que evenit rei ex extrinseco. scilicet caloris extranei: et secunda erit multitudo aequalitatis que admiscetur cum re passiva. Et postquam manifesta fuerint quid est digestio: et quid est cruditas: et quid est assatio: et quid est tostio: et sunt opera virtutum operantium que sunt calor et frigus: narremus modo opera duarum virtutum passivarum que sunt humiditas et siccitas. Et dicamus quod initium passibilitatis est humidū in generatis et siccum: et illud est quoniam omnia generata corpora passiva: sunt composita ex humido et sicco: sed diversantur corpora per victorias humidi in aliquibus: et sic ut super aliqua. Et causa in essendo corpora composita ex istis duabus virtutibus est: quia humiditas sicut predictum est facilis ad separationem: et siccitas est gravis ad separationem: et quando complexionantur: patiuntur unum ab alio: et arefcit tunc humidum: et humefit siccum: et humidum remollit siccum: quousque convertatur in viscosum: sicut glutinum.

Ad similitudinē etiam quod accidit farine quod admiscet aqua mixtionē forti: quoniam 28 illa farina efficit multū viscosa: quia humor aque profundat in ea facit partes siccas contingere se adinuicē: et siccitas facit humidū recipe corporeitate et difficultatē separationis: sicut est dispositio in viscoso glutino quoniam ipsius fit inspicillatum et adunatum per humorem: et efficit grane ad separationē per siccitatem: et siccitas quod in ipso admiscet est causa retentionis in ipso glutino in seipso: et causa sue forme figurate: et humiditas est causa adunationis et mixtionis.

Libeꝛ Quatuꝛtus

Sicut et Empe. fecit in phisicis farina aque conglutinans: et pp hoc ex ambobus est terminatū corpus. Dicunt autē elemētoꝝ rum propriūssimi sicci quidē terra: humidi autē aqua: pp hoc autē oīa terminata corpa hic nō sine terra et aqua: cuiuscūq; autē pl⁹ sūm potentiā: huius vnūquodq; videt et in terra: et in aqua aīa/

Tlia solū sunt. In aere autē et in igne nō sunt q; cozpoz materia h. Et istud iam dixit Empe. in sermone de naturalibus: et assimi lauit illud quod euenit per mixtionē humiditatis cum siccitate in corporibus quousq; fiat vnum. et difficultatem in separatione assimilauit dicto glutino.

29 Et postq; est de necessitate q; generentur hec corpora per mixtionem hu midū cum sicco: et elementum siccum est terra: et elementum humidum est aqua: tunc est de necessitate q; omne corpus generetur grossum passiuū ex aqua et terra: et omne genitum est conueniens elemento quod vincit in ipso non alijs elementis. Et signum victorie istorum duozum elementozū in generatis est inuentio animalium in aqua et terra: et ista duo elemēta lo cant ipsum animal: sed non alia elementa. et causa huius est victoria istoꝝ rum duozū in elementozum super ipsum: sicut sua mansio in istis duobus monstrat potentiam eozum in ipso.

Oīa aīa:
lia frida.
Idē. 2. de
gñatione
48. et 49.
et 4. c. 6.

U Corporalū autē passionū has pūmas necesse existere termi nato duritiem aut mollitiē. Necesse em̄ quod ex humido et sicco aut durū esse: aut molle. Est autē durum quidē qđ nō cedit in se ipsum sūm superficiē. Molle autē qđ cedit nō ecōtra circūstando.

X Aqua em̄ nō mollis: nō em̄ cedit impressioni supficies in profun dum: sed ecōtra circūstat. Simpliciter quidē igitur durū aut mol le: qđ simpliciter tale: ad alterū autē qđ ad illud tale. Adinuitem quidē igitur indeterminata sunt p magis et minus. Quā autē ad sensum oīa iudicamus sensibilia: palā q; et durū et molle simplici ter ad tactū determinauimus tanq; medietate vtentes tactu: pp qđ excedēs quidē ipsum durum: deficientēs aut molle esse dicimus.

Quid du
rum.
Quid
molle.

Ad sensū
oīa iudi
cam⁹ sen
sibilia.

Capitulum quintum.

3 Necesse autē durū aut molle esse terminatū corpus pro prio termino: aut enim intercedere: aut non adhuc coa gulatum esse: hoc enim terminatur. Quare qm̄ quidez terminatū et cōstans aut molle aut durū: hec autē coa gulatio sunt: oīa vtiq; erunt corpora cōposita et terminata non si ne coagulatione. De coagulatione igitur dicendū. Sunt itaq; cau se que secus materā due: faciens et passio. Faciens quidē igitur vt vnde motus. Passio autē vt vnde species: quare et coagulatio nis et diffusionis: et eius quod exsicari et humectari. facit autē fa ciens duabus virtutibus: patitur passioibus duabus sicut dictū est: facit quidē calido et frigido. passio autem aut in presentia: aut absentia calidi aut frigidi. Quonā autē coagulari aut exsicari aliquo modo: de hoc dicamus primo. Patiens itaq; aut humidū

Cōcretio

A

B

aut siccum aut ex his posita: aut humidū corpus aquā: siccat autē
 terram: hec autem humidiorū z siccorū passiva propter quod et
 frigidum passiuorum magis: in his enim est etentia terra z aqua
 frigida supponuntur. factiuū autem frigidum vt corruptiuum: aut
 siccū accidens sicut dictum est prius. Aliquando enim comburere
 dicitur z calefacere frigidum non vt calidum: sed insimul ducen-
 do aut in contra circumstare calidum.

Aqua.
Terra.D
Frigus.

¶ Tunc est manifestum ex hoc qd humiditas z siccitas sunt prin-
 cipia generatorum corporalium: z generationis corporum mate-
 rialium: z hoc ideo quia humidū est illud quod facit acquiri adu-
 nationem: z vnitatem: z vicinitatē: z siccitas iuuat vt acquiratur
 compositio: z retentio: z difficultas separationis: z non est dictū
 in aqua qd sit mollis: quia molle est illud quod cedit embipedo
 in profundum: sed aqua quando comprimitur diuiditur in partē
 dextram z sinistram: z non cedit in profundū per compressionē.

¶ Et postq̄ manifestum est illud: tunc corpora corrumperentur
 nisi esset generatio illorum cum congelatione que est inspissatio.
 Et dicamus qd causa passibilitatis materie sunt duo . s. operans
 mouens: z opus quod accidit ex illo in passiuum quod est opus
 ipsius passiuū: z quia operans hic est calor z frigus: z illud quod
 dem frīg^o accidit materie q̄ deficit calor: z calor accidit eidē quā
 do deficit ei frigus: z est manifestum ex modo operis eius: et est
 congelatio que est desiccatio aliqua: tunc conuenit vt incipiam^o
 determinare siccitatem scilz quo modo generetur per istas duas
 virtutes operantes scilicet calorem z frigus: z que res incipiant
 hoc accidens ab illis z consequuntur hoc accidens. Et dicam^o
 qd omne corpus passiuum non oportet esse sine victoria humidū
 in ipso z sicci: que duo sunt terra z aqua. Et quia ista duo elemē-
 ta sunt frigida ambo: euenit de necessitate qd sit in omni genera-
 to de virtutibus aciuis virtus frigoris: z frigus substantialiter
 operatur in generatis corruptionem: z si accidat vt iuuat aliquā
 do ad generationem.

¶ Sicut est eius prohibitio ab assatione z facit congelari humidū corpus
 post cōplementū digestionis: z facit corruptionē effectū generatis simili
 ter duob^o modis si accidit: z illud est: qz cōstringit calorem in profundo rei
 quousq; adurit res z diuidit pres eius: z sicut illud est: qz depdit calorem
 naturalē qd est in rei: z accidit ex hoc destructio q̄tinuatiōis partū ḡnati ex
 inhalatione z exitu humiditatis naturalis are pp recessum caloris nālis.

30
Aduenti
tia.
Aqua.
E

¶ Desiccantur autem quecunq; sunt aqua z aque species aut
 habent aquam siue superinductam siue connaturalem. Dico
 autem superinductam quidem velut in lana. Connaturalem
 autem velut in lacte: aque autem species que talia: vt num:
 vima: serum: et totaliter quecunq; nullam / aut paruam ha-
 bent hypostasim.

ff

Liber Quartus

¶ Et generata et humida aquosa arescunt arefactione naturali scilicet per se: aut arefactione accidentali scilicet extranea. Et arefactio accidentalis est sicut spongie humefacte que arescit per calorem accidentem et extrinsecus non per suam naturam.

31 **¶** Et arefactio naturalis est sicut res humida que inspissatur et ingrossat et arescit in semetipsum per suam substantiam et per suam naturam.

¶ Non propter viscositatem: quibusdam enim causa non substanti aliquid viscositas sicut oleo aut pici.

¶ Et res viscosae non arescunt propter viscositatem que est in eis: sicut oleum et pice et cera.

32 **¶** Et fuit sicut propter hoc humor qui est in eis non spargitur neque dissolvitur per virtutem operantem.

¶ Desiccantur autem omnia: aut calefacta: aut frige facta: a modo autem calido et ab interiori caliditate: aut ab exteriori.

¶ Et res humide arescunt aut propter frigus: aut propter calorem.

33 **¶** Et desiccatio propter frigus erit: quia frigus retinet calorem intus in re: et ille operatur in humorem qui est in re.

¶ Et enim que infrigidat tunc siccantur sicut vestimentum si fuerit separatum ipsum secundum seipsum humidum ab interiori calido simul evaporare faciente humidum desiccatur: si paucum fuerit humidum exesit caliditate a circumstante frigido. **¶** Desiccantur quidem sicut dictum est omnia: aut calefacta: aut frige facta et omnia calido: aut interiori aut exteriori coeduceute humidum. Dico autem extra quidem: sicut que elixantur: intra autem quando ablato a caliditate quam habet consumptum fuerit expirante: desiccari quidem igitur dictum est. Humectari quidem enim est unum quidem aquam fieri constantem: unum autem liquefieri coagulatum: horum autem constat quidem in aquam frige factus spiritus.

¶ Et arescit illa res sicut accidit panno qui arescit per frigus: et hoc est quia res que habet paruum humorem quando apponitur presentaliter frigus in ipso calore inuento in ipsa causa petens centrum plus ponit ibi quam sparsus per totum. Plus enim potest super partem quam super totum: et sic vigoratur parte centri cuius humidum consumit. vigoratur tunc calor et arefacit rem. Et eodem modo accidit calori quando contrariatur ipsi frigus: et dissolvitur a re: et querit locum proprium. et cum dissolutione sua dissolvitur humiditas inuenta in illa re: et sic arescit desiccatione que est per calorem substantialem: et illud est sicut in rebus que desiccantur per calorem ignis qui circumdat illas: et sunt quedam genera que humefiunt post congelationem: aut quia alterantur in aquam: aut quia liquefcunt permanente sua substantia et forma.

Et p̄: et cetera: et generata: et que liquefcunt per calorem congelantur per frigus: et ideo quando infrigidantur congelantur.

34
De passio
nib⁹ mix
torum.

Capitulum Sextum



Que liquefactione autem simul / et de coagulatio
ne erit palam. Coagulantur autem quecumq; coagu
lantur: aut existentia aque: aut terre et aque.

Et res que congelantur post liquefactionem non
potest esse: quin sint de natura aque: sicut nix: aut ex
natura aque et terre.

Sicut quando vincunt aqua et terra vt lapides qui liquefcunt.

Et hoc: aut frigidum: aut calidum: aut siccum: propter quod et resol
untur contrarijs quecumq; soluantur a calido coagulatorum:
aut a frigido. Que quidem enim a sicco calido coagulata sunt /
ab aqua soluantur que est humida. Coagulari autem quedam
vitijs putabuntur ab aqua: vt mel elixatum: coagulatur autem
non ab aqua sed ab eo quod in ipsa frigidum. Quecumq; quidem
igitur sunt aque non coagulantur ab igne: soluantur enim ab
igne. Idem autem eidem per se non erit causa contrarij. In abse
dendo autem calidum coagulatur quare palam quod ingredien
do soluetur. Quare faciente frigido coagulatur propter quod et
non ingrossantur talia coagulata. Ingrossatio enim humida qui
dem abeunte fit: sicco autem constante.

35
A
Que a sic
co coagu
lat ab aq
solunt q
est humida.
B

Et coagulari cuiuslibet rei coagulabilis non potest esse quin
sit aut per calidum: aut per frigidum: et res congelate que lique
fcunt et dissoluantur vt est congelatio per calorem: et dissoluunt
tur per aquam vt sal: et ille que congelantur per frigus dissoluunt
tur per ignem. Jam cogitauerunt multi homines propter hoc
quod natura aque est congelari: et innuunt rationem ad hoc ex
melle quod congelatur quando ponitur intra aquam frigidam:
et aqua frigida non facit congelari mel per naturam suam fluidam
currentem: sed per frigus suum. Et res aquee humide in sua na
tura sunt res que dissoluantur per ignem: et non condensantur p
ipsum: quia vna et eadem res non operatur duo contraria in
vno subiecto.

Et alique res congelantur quando priuantur a calore congelatione ali
qua: et reuertuntur ad naturam suam liquefactionis quando occurrit eis
calor. Et generata huiusmodi sunt in quibus vincit humor: et ppter hoc
quando congelantur non nutriuntur sed desiccantur: nec habent excessum
in duritie: sed accidit eis congelatio: quoniam opus siccitatis que occur
rit eis vincit opus humiditatis: et huiusmodi sunt sicut ego credo gummi.

36
Sola aq
inter hui
da non in
grossatur

Aqua autem humidiorum non ingrossatur sola. Quecumq; autem
communia terre et aque et ab igne / coagulantur et a frigido. In
grossantur autem ab ambobus. Est quidem vt eodem modo:

Liber Quartus

est autem ut aliter. A calido quidem humidum educente: euaporante enim humido ingrossatur siccum et constat: a frigido autem calidum exprimente cum quo humidum recedit simul coeuaporans. Quocumque quidem igitur mollia: sed non humida non ingrossantur: sed coagulantur exeunte humido velut assatus later. Quocumque autem humida mixtorum et ingrossantur velut lac. Multa autem et huc et illuc primo quocumque aut grossa aut dura aut frigida preceperint entia: quemadmodum et later primo dum assatur vaporat et mollior fit. Propter quod et peruertitur in caminis.

Et iam narrauimus ante quod omnes res humide inspissantur preter aquam: nisi aqua fuerit mixta cum terra: quia tunc aqua congelatur et inspissatur: vel per ignem: aut per frigus: sicut dictum est quod desiccatur: et non dictum quod inspissatur: sicut argilla que conuertitur in tellam.

57 Et non inspissatur antequam desiccetur: sed desiccatur quia dissoluit calor extrinsecus humiditatem eius et humiditatem. Sed lac et sili in rebus inspissatur et ingrossatur: quoniam operatur in ipso calor: ignis: et alique res desiccantur ultimo per ignem: et humefiunt primo et post arefcunt et durefcunt sicut tella que in initio quando ponitur in furno et igne erhalat ex ea vapor humefaciens ipsam: et post desiccatur. Et causa huius est: quia calor primo dissoluit illud quod est in eo quod remansit de humore in eius profundo interiori: et humefit propter hoc: et post dissoluitur humor ille: et consumitur a calore et arefcit tella: et propter hanc causam gyrant figuli vasa in furno.

Senem
f Quocumque quidem igitur a frigido coagulantur communium terre et aque plus autem huius terre: que quidem in calidum egrediendo coagulantur hec liquefcunt calido ingrediente iterum calido: velut lutum cum congelatum fuerit.

Et omnes res quas congelat frigus sunt compositae ex terra et aqua. Et vincit in eis terrestreitas: et dissoluuntur: et mollescunt quando operatur in eis calor.

38 Et quando recedit ab eis congelantur: et causa huius est: quoniam calor dissoluit in eis vapores naturales: et conuertuntur in eis: et liquefcunt.

5
Ferrum
Cornu
Calibs
Quocumque autem per refrigerationem et calido simul educto omnia hec insolubilia sunt non superabundant caliditate: sed mollescunt velut ferrum et cornu. Liquefcit autem et laboratum ferrum ut humidum fiat et iterum coaguletur: et calibes faciunt sic. Subsident enim subtus et purificatur scoria: cum autem sepe patiatur et purum fiat hoc calibs fit: non faciunt autem sepe ipsum propter absentiam fieri multam et pondus minus fieri.

Et quando multum occurreret igni non conuertetur liquefacta neque dissoluta: sed mollia: sicut ferrum et cornu.

39 Et vult dicere sicut ego credo: quoniam multum occurrerunt igni in principio sue generationis antequam congelentur per frigus quod illa non liquefcunt post congelationem propter ignem extrinsecum: sed mollescunt: quoniam istud manifestum est quod non liquefcunt sed mollescunt.

p Est autem melius ferrum quod habet minorem purificationem.

Liquefcit autē z lapis pyrimachus vt stillet z fluat: quod autem coagulatur cum fluxerit iterum fit durum z mole liquantur vt fluant: fluent autē coagulatum colore quidem nigrum: siſe autē fit calci: liqſcit autē z lutū z terra. Quefcioꝝ autē a calido ſicco coagulant: hec inſolubilia ſunt qdē: hec autē ſoluunt hūido. Latet qdē igitur z lapidum quorū dā genera: quecūqꝝ ab igne terra combuſta fuerit velut molares inſolubilia: niſtrum autē z ſales ſolubilia humido. Nō oī autē ſed frigidū: pp qd aq̄e z quefcioꝝ aq̄ ſpēs liquefcunt: oleo autē non liquefcit. Sicco em̄ calido contrarium frigidum humidum: ſi ergo coagulauit alterum: alterum ſoluit. Sic em̄ contraria erunt cauſe contrariōrū. Ingroſſantur qui quidem igitur ab igne ſolū q̄cūqꝝ aque plus habent q̄ terre.

Capitulum Septimum



Coagulantur autē quefcioꝝ terre: pp qd: z niſtrum: z ſales terre ſunt magis: z lapis z later: maxime autē dubie habet olei natura. Siquidem. n. aque oportebat coagulari a frigido vt glacies: ſi autem terre plus ab igne vt later: nunc autem coagulatur quidem a neutro. Ingroſſatur autē ab ambobus. Cauſa autē eſt: q̄ pleniſ eſt aer: pp qd z in aqua ſuper natat: etenim aer fertur: ſuſum. frigidū em̄ exiſtente ſpiritu aquā faciēs ingroſſat. Semper t̄m cū mixta fuerint oleum z aqua: ambobus fit groſſius. Ab igne autē z t̄pe ingroſſatur z albeſcit: albeſcit quidem euaporante aqua ſiqua ſnerat. Ingroſſatur autē p̄pterea qd marceſcēte calido ex aere fit aqua. Utroqꝝ qdē igitur modo eadem fit paſſio: z pp idem: ſed non eodem modo. Ingroſſatur quidem igitur ab ambobus. deſiccantur autē a neutro: neqꝝ em̄ ſol neqꝝ frigus deſiccet nō ſolum autē: q̄ viſcoſum: ſed z quia aeris eſt. Non deſiccatur autē aqua z neqꝝ exſiccata elixatur ab igne: quia non euaporat p̄opter viſcoſitatem. Quecūqꝝ autem mixta terre z aque ſecundum pluralitatem vtriuſqꝝ dignum dicit. Vinum quoddam z coagulatur z ephēſim patitur: velut muſtum. abſcedit autem ab omnibus talibus dum deſiccatur aqua: ſignū autem q̄ aqua: vapor enim conſtat in aquam: ſiquis velit colligere: quare quibuſcūqꝝ relinquitur aliquid hic terre. Quedam autem horum z a frigido ſicut dictum eſt ingroſſantur z deſiccantur. Frigidum enim non ſolum coagulat: ſed exſiccet quidē aquā ingroſſat autem aerem aquam faciēs.

Et quando terra vincit ſuper ferrum eſt illud ferrum malū: et diminiſ multū in igne pp multitudinem kakabie. Sed ferrum bonum parū minuitur p̄opter modicum kakabie: z lapis dicitur ſic diſſoluitur per ignem quouſqꝝ liqueſcat. Et molares lapides diſſoluantur z currunt: z res que congelantur obſcuſcatur calor earum quando congelantur per liquefactionem ſuam. Et cauſa huius eſt frigus quod obuiat illis vt calx z ſimilia: z alique par

Ferrum
Optimū
Quefcioꝝ
a calō ſic
co coagu-
lāt hec in
ſolubilia
ſunt.

z
Cōtraria
ſunt cāe
cōtrarioꝝ

Oleum

A
Aque
B

Vinum
C

Frigus

Liber Quartus

tes terre: & argillarum dissoluuntur: & alique illarum non dissolui-
tur: & alique res que congelantur per calorem et siccitatem non
dissoluuntur per aquam sicut testa: & species lapidum que fiunt
per combustionem terre sicut lapis mole et eius similia. Et al-
qua huiusmodi dissoluuntur sicut sal et salnitrum et non dissol-
uuntur ipsa omnes humiditates sed frigida et humida sicut
aqua. Sed humida non frigida non dissoluuntur sicut oleum et
res in quibus vincit aequitas ingrossantur: quando decoquun-
tur solum in igne non desiccantur neque congelantur: sed genera-
ta in quibus vincit terra arescunt et desiccantur sicut sal et sal-
nitrum testa et lapis. Et iam dubitauerunt in natura olei oliue
et aliorum oleorum et dixerunt: si vincit aqua in oleo: tunc debet
congelari per frigus sicut glacies: & si terra vinceret tunc condē-
sari deberet per calorem sicut testa. sed nos videmus quod neque con-
densatur neque arescit ex istis duobus: sed inspissatur per ambo &
deberet arescere ab igne: nunc quidem congelatur a neutro: sed
desiccatur & ingrossatur ab ambobus & inspissatur: quoniam aere
plenum est: et ideo super aquam natat istud: & gelidum exente
spiritu congelatur aqua & inspissatur. neque terra neque aqua vin-
cunt in oleo: sed oleum inspissatur cum ambobus: & aqua conge-
latur propter aequitatem que vincit intra eam. Sed oleum non
congelatur: quia natura aeris quando vincit fit pinguius & spiss-
ius ab igne: sed inspissatur et albescit propter spacium ipsius
longum.

40 **¶** Et causa quare est pinguius est: quia calor ignis exterior vincit super
caliditatem: quia calor ignis per longum tempus et trahit & dissipat calor-
em aeris in oleo: in recessu aeris declinat ad naturam aque & inspissatur:
sed arescit propter aequitatem que rarefit per calorem natura lem et per
calorem ignis euaporat et rarefit et clarescit extra. **¶** Sed oleum neque sus-
gatur neque siccatur propter naturam aeris que vincit in eo: & est in natura
sua aereum: et quoniam non exhalat aquosum in ipso propter viscosita-
tem: et quecumque admiscentur ex aqua et aere fiunt in victoria secundum
victoriam eius quod dominatur in eo et denunciat a vincente & in equa-
libus vincitibus equaliter denominatur a nomine vtriusque et non facit
illud algidum congelari tantum: sed inspissat & desiccatur similiter: quia con-
gelat aquam: et desiccatur: et inspissat aerem et turbat et conuertit in
aquam.

Uinum.
Lotium.
Acetum.
Lixiuum.
Serum.

¶ Coagulatio autem dicta est quedam desiccatio ex istis: quecumque
quidem igitur non ingrossant a frigido: sed coagulant aque sunt magis
velut vinum: vrina: acetum: & lixiuum & serum. Quecumque autem ingrossant
non euaporant ab igne. hec quidem terre: hec autem communia
aque & aeris: mel quidem terre: oleum autem aeris. Sunt autem
& lac & sanguis amborum quidem communia & aque & terre: magis autem quam
multa terre: quemadmodum ex quibuscumque humidis nitrum fit & sales &

lapides aut ex quibusdā cōstāt talibus. Propter quōd et si nō sepa-
retur serum exurit̄ur ab igne decoctū: quōd autē terrestre constat et
a coagulo si aliquāter decoquat quis sicut medici coaguluz im-
ponentes. sic autē separat serum et caseus: separatū autē serū nō
adhuc ingrossat: sed exurit̄ur sicut aqua. ¶ Si autē aliq̄d lac nō
habeat caseum aut paucū hoc magis aque et infibile: et sanguis
autē similiter: coagulat̄ em̄ eo q̄ desiccetur infrigidatus. Nut-
cunq̄ autē nō coagulatur velut qui cerui tales aque magis et fri-
gidi h̄t propter quōd et nō habent vias. In eis enim iunt terre et so-
lidum: quare et extractis nō coagulatur: hoc autē est: quia nō de-
siccatur: aque enim quōd derelinquitur vt lac caseo ablato. Signū
autē. languorosi enim sanguines nolunt coagulari: veluti icor: ne-
q̄ hoc aut phlegma et aqua propter indigestū esse et insuperatū a
natura. Adhuc autē hec quidē solubilia sunt velut nitrum: hec
autē insolubilia velut later et lapis: et horū hec quidē mollificabi-
lia velut cornu: hec autē nō mollificabilia velut later et lapis. Cau-
sa autē quia cōtrariorū cōtrarie cause: quare si coagulantur duo
bus frigido et sicco: necesse solui calido et humido p̄pter quōd igne
et aqua: hec enim contraria. Aqua quidem quecunq̄ igne solo:
igne autem quecunq̄ frigido solo.

¶ Et diximus q̄ congelatio est desiccationis species quedam: et
congelans per frigidū est in eo vincens aqua: et dicamus q̄ ter-
ra vincit in humidis quibusdā que inspissantur. i. per calorem: et
non conuertitur in summum in vaporem: et in quibusdā vincit
aer vt oleum: et in istis in quibus vincit terra inspissantur: et nun-
q̄ fuit vapor: vt mel et sibi simile: sunt vero lac et sanguis magis
hec multū terre et sal: similiter et lapides quidē qui neq̄ liquecūt
neq̄ desiccant̄ per calorē: sed res in quibus vincit aqueitas non
inspissantur per calorē: sicut serum: quia illud positū super igne
cōuertitur in vaporē anteq̄ inspisset: s; terrestretas lactis cōge-
latur: et ipsum constringit et congelat et sugat: sicut terra: sed lac
quōd caret coagulo vincit in eo aqueitas et nō cōgelatur: sicut lac
camelorū: in quo vincit aqua et frigus: et non est in eo terra: sed
sanguis cito cōgelatur p̄ multū terre in eo: et quia inspissat̄ est
per digestionē multam. Et signum huius est morbidus sanguis
qui non potest coagulari et congelari: quia non est digestum ne-
q̄ superatum a natura: et cum vincit in eo terra et aqua.

¶ Tunc diuersitas rerum in congelatiōe et solutione est sicut in predictis
propter diuersitatē causarū pertinentiū ad illa: aut propter materias: aut
propter seipsas: aut propter actiones: aut propter extrinsecū quod euenit.
¶ Quare si a duabus accidit coagulari hic insolubilia maxime
sunt autem talia quecunq̄ calefacta deinde frigido coagulātur.
accidit enim cum caliduz exsudauerit egrediens p̄m humidum:
comprimi iterum a frigido vt non humido det penetrationem: et

Lac.
Sanguis.

Nitrum.
Later.

Cōtrario-
rū contra-
rie cause.
36. 3. 39.

Liber Quartus

Ferrum.

Ligna
oia super
natant in
aqua pter
hebenum

pp hoc nec calidū soluit. Quēcūq; em a frigido coagulantur sol
hec soluit: neq; ab aqua quēcūq; em a frigido coagulant non sol
uit. sed quēcūq; a calido sicco soluit. Ferrum autē liquefactum a
calido frige factum coagulatur. Ligna autē sunt terre z aeris pp
qđ vsibilia z non liquabilia: neq; mollificabilia: z in aqua super
natant preter hebenū: hoc autē non: alia quidē aeris habēt plus
z hebeno autem nigra euaporauit aer z est plus in ipsa terre. La
ter autē terre solum: propterea qđ desiccatus coagulatur fm mo
dicum: non enim aqua introitus habet p que solus spiritus eruit
neq; ignis: coagulauit em ipse. ¶ Quid quidē igitur est coagu
latio: z liquefactio: z pp quot: z in quibus est: dictum est.

Capitulum octauum.

H



Simila
ria.
Metallis
ca.

¶ Hīs aut manifestū qđ calido z frigido constāt corpora
z hoc aut ingrossantia z coagulātia faciūt opationē ip
sorum: ppea qđ q ab hīs cōdita sunt in oibus inest caliditas:
aliquib⁹ autē z frigiditas qua deficit. Quare qm h
quidē existūt pp facere: humidū autē z siccū pp pati ptiēpāt ipis
cōia oibus. Et aqua qđē igit z terra omiōmera corpa cōstant. et
in plātis z in alialib⁹: z qđcūq; metallant velut aurū z argentū. z qđ
cūq; alia talia ex ipsis z ex exhalatione ea que vtriusq; inclusa si
cut dictū est in alijs. Hec aut differūt abinuicē ex hīs que ad sens
sus proprios oia: z in posse aliqd facere. albi em z bene odorās:
z sonatiuū z dulce calidū z frigidū in posse aliquid facere sensus
sunt z in alijs magis cōuententib⁹ passionib⁹ quēcūq; in patien
do differūt: dico autē: puta liquabile z coagulabile z flexibile: et qđ
cūq; alia talia: oia em talia passiuua sunt sicut humidū z siccū. hīs
aut iam differt os z caro z neruus z lignū z cortex z lapis z alio
rum vnūquodq; omiōmerorū quidē: naturalū autem corporū.
Dicam⁹ aut primo numerū ipsorū qđcūq; hz potētā z i potētā dif
ferunt. Sūt autē hec: coagulabile: incoagulabile: liquabile: illiq
bile: z mollificabile: non mollificabile: intingibile: non intingibile
flexibile z inflexible: frangibile z non frangibile: productibile et
non productibile: cōminubile z in cōminubile. Impressibile. nō
impressibile: formabile in formabile: capibile non capibile: trahibi
le non trahibile: scissibile non scissibile: detrucabile non detrucabi
le: viscosum frāgile: commassabile nō commassabile: vsibile non
vsibile: exhalabile nō exhalabile. Plurima quidē igitur fere cor
porū hīs differūt passionib⁹. Quā autē vnūquodq; horum po
tentiā habeat dicamus. de coagulabili quidē igitur z incoagula
bili z liquabili z illiquabili dictū est quidē vniuersaliter prius. at
tamen redeamus z nunc. Corporū em quēcūq; coagulant z in du
rātur: hec quidē a calido patiūtur: hec autem a frigido. a calido
quidē desiccāte humidū. a frigido autē exprimēte calidū. quare

Cōcretio

hic quidē humidū absentia hic autē calidi: hoc patitur. quecūq;
 q̄ quidē aque calidi. quecunq; quidem terre humidū.

¶ Sed generata naturaliter pp̄ frigidū & siccū: & cōgelata solū
 tur p̄ calozē & humorē sicut ferrū qd̄ dissoluit sed nō liquefit. Si
 generata que cōdensant calido & sicco dissoluitur frigido & hu-
 mido vt sal qd̄ dissoluit aqua. Similiter lignū cōburitur igne: et
 nō liquefit neq; dissoluit quia vincit in eo aer & terra. Et signum
 huius est quia natat sup̄ aquā preter hebenū & sibi simile: quia il-
 la submergit: quia magis in ea vincit terra q̄ aer: & signū huius
 est nigredo coloris sui. Et iam distinximus & explicauimus quid
 sit coagulatio quid dissolutio: & in quib; fit. & q̄ aliquod corpus
 vincēs super ipsū est frigus: & in aliquo est calor: q̄ vincit: & ambo
 similiter faciunt coagulari & faciunt aliqua generata humida et
 sicca. Et postq̄ explanatū est etiā tūc q̄ humiditas & siccitas pas-
 siva sunt similis calozis & frigos: tunc dicamus q̄ cōpositio par-
 tium similium & virtutes eorum sunt ex terra & aqua. & iste due
 res sunt in plantis & animalibus & mineris vt in auro & argento
 & quecunq; sunt alia huiusmodi. Et generatio istorū est ex aqua
 & terra & ex vapore vtriusq;: & consecutio istorum generatorū cuz
 quinq; sensibus est diuersa in apprehensione. Et est sicut in can-
 dido & nigro & odore bono & malo et voce acuta et grossa et dul-
 ci et amaro et gelido et calido et aspero et molli: et medijs istorū
 diuersis in sensu et in aliquo proportionantur passioni non ope-
 rationi sicut humidū & siccum et dissolutū et currens et similia: &
 cuz istis modis diuersantur similia in partibus sicut os caro ner-
 ui lapides: & diuersitas altarum rerum est per modum operatio-
 nis vt est in organicis: et vocat alias res mēbra organica. et vni-
 uersaliter oēs res differūt: aut fm̄ passionē: aut per operationes.
 ¶ Et passium est rectum: curuum: liquabile: coagulatum: & cedens pulsui 42
 & resistens: & similia istarum rerum propter quas euenit diuersitas in gene-
 ratis. Et postq̄ rememorauimus in principio sermonis nostri aggregatio-
 nem virtutum & proportionum generatorum ad istas res: & rememorau-
 imus inter passiva congelatum & non congelatum & solutum & non solutum:
 rememorabimus modo virtutem cuiuslibet illorum. ¶ Et dicamus q̄ ali-
 qua corpora frigida dura euenit vitrities: aut ariditas: aut propter frigus:
 aut propter siccitatem: & arefactio per siccitatem est quia humor desiccatur
 per victoriam siccitatis contra humiditatem. Sed arefactio per frigus est
 per hanc causam: quia frigus quādo vincit caliditatem fugit calor in pro-
 fundū pp̄ victoriā frigidū: & vincit & remanet exterius frigidum & cōdit
 & coagulat & inspissat. ¶ Sed dixit Arist. q̄ iam manifestum est q̄ aliqua cor-
 pora arefcunt per priuationem caliditatis: & aliqua per priuationem hu-
 miditatis & potēt dubitari super hoc ex predictis: quia per frigus conge-
 lata per frigus congelantur: aut cōgelantur per virtutem calozis interio-
 ris ibi conualescentis: quia quando deficit humor in vtraq; istarum dua-
 rum causarum: vel ambe simul sunt causa predicta in causa frigos facie-
 tis congelationem. sed & hec dicitur causa tertia & est priuatio calozis ipsi

Liber Quartus

et conuersionis partisi postea frigus permanens in recessu caloris vel per
priuationem caloris vel profundationem eius: vel per vtriusque viam: et videtur
quod si hec causa que dicitur hic est causa frigoris hic congelationis substantia
liter. i. causa congelationis substantialiter: predicta causa fuit accidentalis:
lis: et aliquando continguntur simul omnes cause: tunc corpora que conge-
lantur per priuationem humoris sunt composita in quibus vincit terra.

¶ Que quidem igitur humidi absentia ab humido liquefuit nisi
si sic conuenerint ut minores relictis sint potius quam aque molles: ve-
lut later. Quecumque autem non sic humido hoc soluuntur: velut
nitrum sales terra que ex luto. Que autem calidi priuatione a ca-
lido soluuntur: velut glacies: plumbum: es. Qualia quidem igitur
coagulabilia: vel liquabilia: et qualia illiquabilia dictum est. In-
coagulabilia autem quecumque: aut non habent humiditatem aquo-
sam: aut non aque sunt: sed plus calidi et terre: puta mel et mustum:
velut feruentia enim sunt et quecumque aque quidem habent. Sunt
autem plus aeris sicut oleum et argentum viuum: et siquid visco-
sum: velut glutem.

Capitulum nonum.



Mollificabilia autem sunt coagulatorum quecumque non
ex aqua velut glacies aque: sed quecumque terre magis:
et neque euaporant totum humidum sicut in nitro aut
sale: neque habet irregulariter sicut later sed aut trahibi-
lia non entia humectabilia: aut ductibilia non entia aque: et mol-
lificabilia igne velut ferrum et cornu et ligna: sunt autem liquabi-
lia et illiquabilia: hec quidem intingibilia: hec autem non intingi-
bilia velut es intingibile liquefacibile existens. lana autem et ter-
ra intingibile: madefiunt enim. Et es quidem liquabile non. ab
aqua autem liquabile: sed ab aqua liquabilium quedam non in-
tingibilia velut nitrum et sales: neque enim aliud intingibile nul-
lum quod non mollius sit madefactum. Quedam autem intin-
gibilia existentia non liquabilia sunt velut lana et fructus. Sunt
autem intingibilia quidem quecumque terre existentia habent por-
ros maiores aque mollibus existentibus durioribus aqua. Liqua-
bilia autem aque: quecumque per totum: propter quod autem terra:
liquefit quidem et intingitur ab humido: nitrum autem liquefit qui-
dem intingitur autem non: quia in nitro quidem per totum potius
quare diuiduntur mor ab aqua partes: in terra autem permutati
sunt potius: quare qualitercumque vtiq; susceperit differt passio. **¶** Et
ista eadem que desiccantur cum priuatione humoris liquefcunt
per humorem: nisi tunc vinceret super eam ipsa condensatio par-
tium in modo quod si haberent tantam duritatem quod non posset aqua
intrare. Sed illud in quo non est tanta condensatio liquefcit: ut sal
et similia: sed corpora que congelantur per priuationem caloris: dis-
soluuntur per calorem: sicut ferrum metallum et similia. Et iam

Inconcre-
tilia.
Mel.

Inmecta-
tilia.

manifestum est ex hoc sermone que res dissoluuntur : 7 que non : 7 que congelantur 7 arefcunt : 7 que non congelantur 7 non arefcunt. Et dicamus q res que non congelantur sunt res in quibus vincit aqua : 7 non sunt sine terra sicut mel 7 mustum : 7 omnia que bulliunt 7 inspissantur 7 nō congelantur : 7 sic res in quibus vincit aer sicut oleum : 7 argentum viuum : 7 similia non congelantur similiter . Sed res que indurantur 7 congelantur sunt illa in quibus vincit terra sicut sal 7 nitrum 7 similia . Et liquabilia sicut predictū est : quedam liquefcunt per ignem : 7 quedā per aquā . 7 res que liquefcunt quedam sunt mollificabilia : 7 quedam non . 7 illa que liquefcunt 7 nō mollescunt sunt sicut sal : 7 illa que mollescunt 7 non liquefcunt sunt sicut lutum 7 lana .

Et iam conuenit et dicamus causam istorum quare lutum mollificatur 45 7 non liquefcit : 7 lana mollescit 7 non liquefcit : 7 dicamus q res que mollificantur 7 inspissantur : sicut corpora laterum pororum 7 viarum : 7 hoc est quia aqua cum admiscetur cum istis profundatur in eis secundum totam substantiam : 7 partes 7 per poros : 7 mollificatur 7 inspissantur partes eius . Sed sal licet dissoluatur per aquam sui poru sunt stricti 7 calcari 7 suevie : 7 non potest aqua penetrare partes suas : 7 ideo liquefcit anteq̄ possit mollificari . Et vult dicere sim q mihi videtur propter debilitatem caloris 7 vicioriam aque super ipsum : quoniam lutum non liquefcit propter terre strictitatem 7 potētiam super ipsum : 7 mollescit propter apparitionem pororum : 7 lutum vocat argillam vel bolum 7 non liquefcit propter terrestrictitatem : 7 sal econtra scilicet quia non mollescit : hoc propter clausurā pororum : 7 liquefcit propter vicioriam aqueitatis super ipsum .

Sunt autem hec quidem corporum flexibilia 7 dirigibilia velut calamus 7 vinē . hec autem inflexibilia corporum velut later 7 lapis . Sunt autem 7 inflexibilia 7 indirigibilia quorumcunq̄ corporum non potest longitudo in rectitudinem 7 peripheria et ex rectitudine in peripheriam permutari . Et flecti 7 dirigi est in rectitudinem aut in peripheriam transmutari aut moueri . et effi quod reflectitur 7 quod deflectitur curuatur . Qui quidem igitur ad conuexitatem aut concauitatem motus longitudine saluata flexio est . si enim 7 in rectum vtiq̄ esset simul flexum 7 rectum qd̄ quidem impossibile rectum flexum esse : et si flectitur omne aut reflectetur aut deflectetur . Horum autem hoc quidem ad conuersionem : hoc autem ad concauum transmutatio non vtiq̄ erit : 7 que ad rectum latatio : sed est flexio : 7 rectificatio aliud 7 aliud : 7 hec sunt flexibilia et rectificabilia : et inflexibilia et non rectificabilia . Et hec quidem frangibilia : et comminabilia simul et sigillatim . puta lignum quidem frangibile : comminabile autem non glacies autem et lapis comminabile : frangibile autem non . later autem : et frangibilis et comminabilis . Differt autem : quia fractio quidem est in magnas partes diuisio et separatio . comminatio autem in quascunq̄ 7 plures duabus . Quęcunq̄ quidem

Flexibilia.

Fractilia

Frangibilia.

Liber Quartus

frangibilia. sic coagulata sunt et multos habeant vicissitudinatos poros et comminabilia vsq; ad hoc enim pertingit. quecunq; autem ad multum frangibilia. quecunq; autem ambo: ambo.

¶ Et alique res plicantur et duplicantur sicut lignum et canna vtridius: et aliqua illarum non plicantur: neq; duplicantur sicut lapides.

44 ¶ Et causa propter quam plicantur res est humiditas viscosa que est in illis: sed res viscosae in quibus vincit terrestitas super aequitatem illa non duplicantur neq; plicantur sed finduntur et sunt scissibilia si plicantur aut duplicantur: et plicari est approximari extremitates vel ad ante vel ad post et corporum quedam franguntur: et quedam comminuantur. Sed frangi est diuidi in partes magnas: et comminui est diuidi in partes subiles. Et corpus cuius natura est mollities et vacuitas comminuitur vt cera: et suum simile. Sed illud quod non est molle nec vacuum frangitur: vt lapis durus. sed illud quod est temperatum ex ambobus ex mollitie et duritie: et est in parte vna modo molle vacuum: et in alia dispositione et in alia parte contrario modo: comminuitur: et frangitur: sicut gelu et nix. aliqua sunt que non franguntur: vt ignis et aer.

¶ Et hec quidem impressibilia: velut es et cera. hec autem non **Impressibilia.** impressibilia: velut later et aqua. Est autem impressio superficialiter secundum partem in profundum cedit pulsione aut percussione totaliter: aut tactu. Sunt autem que talia et mollificabilia velut cera manente alia superficie secundum partem transmutatur: et dura velut es et non impressibilia: et dura velut later. non enim cedit in profundum superficies: et humida velut aqua cedit quidem: sed non secundum partem: sed e contra transmutatur. Impressibile autem quecunq; manent impressionem passa et bene impressibilia manu hec quidem formabilia. Hec autem non bene impressibilia velut lapis et lignum: aut bene impressibilia quidem non manet autem impressio: velut lane aut spongie non formabilia: sed capibilia hec sunt.

formatilia.

¶ Sed lutescere est mutari aliquid in profundum vt impulsu secundum empipedum: et lutescere est mollificari: et hoc quia partes rerum mollium lentarum sunt tales q; secundum illas res potest cedere in profundum: et sunt alique res dure non molles vt lapis durus: quia non est aptus compungi: et mollium quedam in dispositione retinent signum: et talia recipiunt formationem sicut cere apum masculorum que sunt signum in depressione: et potest reuerti ad pristinam figuram: et tale in apprehensione est cedit et recipiens multas formas. Et molle quod in depressione non tenet figuram est sicut sericum crudum et coctum.

45 ¶ Quia nullum istorum recipit formam nec conuertitur ad aliquam: sed si fuerit in via recipiendi aliam formam erit per viam depressionis.

¶ Sunt autem capibilia quecunq;: pulsa in seipsa conuenire possunt in profundum: superficie secus mutata non diuisa: et translata alibi alia parte velut aqua facit: hec enim e contra transferuntur.

pressabilia.

tra transfertur. Est autem pulsio motus a mouente qui fit tactu. Pulsio q̄d
 Percussio autem cum allatione: capiuntur autem quecunq; po- Percussio
 ros habēt vacuos conati corporis. z capibilia hec quecunq; pos- quid.
 sunt in ppria vacua cōuenire: aut in proprios poros velut made
 facta spongia: pleni enim ipsius porū: sed quorūcunq; pori pleni
 fuerint mollioribus q̄ ipsum quod natū est conuenire in seipsuz.
 Capibilia quidem igitur sunt velut spongia cera caro: non capi- Que capi
 bilia autem que non nata cōuenire pulsione in eos qui in ipso po- bilia sint.
 ros aut quia nō hnt: aut quia duriorib⁹ hnt plenos. Ferrum em̄
 non capibile z lapis z aqua z omne humidum.

Et deprimi est cōstringi corpus in semetipsum z q̄ partes tan-
 gunt se: z res que deprimuntur: deprimuntur duabus de causis: aut
 propter hoc q̄ non sunt sue partes impossibiles: z proxime: quia
 non elongantur nimis: z quando approximantur per actus ob-
 uenientes dicit tunc q̄ cōdensantur in depressione ad minus. aut
 per aliam causam. s. q̄ res sit sicut vas plenum. z constringuntur
 partes eius in illa amplitudine.

Sed res que sunt in illa vacuitate: qz vacuitas fuit in illo vase intra quā
 intrabant partes in cōstrictione: z dicitur de tali q̄ sit comprehensibile qm̄ 46
 deprimuntur exhalante aere z vacuitate eius.

Trahibilia autem sunt quorumcunq; potest ad latus transferri
 superficies: trahi enim est transferri ad mouens planum conti-
 num existens. Sunt autem hec quidem trahibilia velut pilus
 corrigia neruus z gluten z pasta. hec autem non trahibilia: ve- Trahibi
 lut aqua z lapis. Hec quidem igitur eadem sunt trahibilia: z ca- lia.
 pibilia velut lana: hec autē non eadē sicut phlegma capibile qui
 dem non est: trahibile autem. z spongia capibilis quidem non tra-
 hibilis autem. Et hec quidem sunt ductilia velut es: hec autem
 non ductilia. velut lapis z lignum. Sunt autem ductilia quidem
 quecunq; eadem percussione possunt simul in latus z profunduz
 vel superficiem transferri secundum partem: non ductilia autem
 quecunq; non possunt Sunt autem que quidem ductilia omnia
 z impressibilia: impressibilia autem non omnia ductilia: velut li-
 gnum: vt tamen ad omne est dicere conuertitur. Capibillum au-
 tem hec quidem ductilia: hec autem non: cera quidem z lutuz du-
 ctilia: lana autem non: neq; aqua. Sunt autem z hec quidem scis-
 silia velut lignum: hec autem non scissilia velut later. Est autem
 scissibile quod potest diuidi ad plus q̄ diuidens diuidit. Scindi-
 tur enim cum ad plus diuidatur quam diuidens diuidit z prece-
 dit diuisio. In detruncatione autem non est hoc: non scissilia au-
 tem quecunq; non possunt pati hoc. Est autem neq; molle nullū
 scissile: dico autem simpliciter mollium z non ad inuicem: sic qui-
 dem enim et ferrum erit molle: neq; dura omnia: sed quecunq;
 Cōmē. Auer. super lib. Meteororū. KK

Liber Quartus

neq; humida sunt: neq; impressibilia: neq; comminutibilia: talia autem sunt quecunq; s̄m longitudinem habent poros: secunduz

Sectilia quos adnascuntur inuicē: sed non s̄m latitudinē. **Detrūcabilia** autem sunt constantium duorum aut molliū quecūq; p̄nt. neq; ex necessitate precedere diuisionem neq; comminui diuisa: quecunq; autem non humida fuerint talia detrūcabilia quedā q̄dē sunt eadem: et detrūcabilia z scissilia velut lignum: sed ad multum scissile quidem secundum longitudinem: detrūcabile autē s̄z latitudinem. Quoniam enim diuiditur vnumquodq; in multa:

Tenacia. quia quidem longitudines multe q̄ vnum scissile hac: que autē latitudines multe quod vnum detrūcabile hac. **Assicosum** autem est quando trahibile aut humidum existens molle fuerit: tale autem fit concatenatione quacunq; velut catene componunt corporum: hec enim ad multum possunt extendi z conuenire: quecunq; autem non talia frangibilia: **Commassabilia** autem quecunq; capibillum mensuram habent capturam. **Incommassabilia** autem quecunq; aut totaliter non capibilia: aut nō mansiuā habent capturam.

Sed extensibile est res cuius partes sunt conuenientes aduertendum ad omnes partes: sicut pannus in omnem partem secundum voluntatem fullonis: z res extensibilis aliqua extenditur et constringitur sicut lana: spongia: et bombyx: et species ferici non culti: et aliquid extenditur et non comprehenditur in cōprehensione sicut viscus et aqua cocta z phlegma viscosum z aqua comprimuntur et extenduntur in longum latum z profundum sicut ferrum z simile. et alia non partuntur aliquo istorum modorum: sicut lapis durus. Et extendi est ertendi per partes in latū longum z profundum secundum percussū. et partes ad que extenduntur plus corpora sunt ample z profunde: sed in longum extenduntur corpora. Et omnia que non sunt huiusmodi non extenduntur: et quedam scissibilia sunt: z q̄dā nō. z quod scindit est siccum: z scindi est diuidi partem a parte.

47 Et quando res diuiditur secundum longum dicitur scindi: z quando in latum est scindi z scindi est in corpore lento: z fissio in corpore sicco: z aliquid quando fit fissio: z scissio simul in aliquibus corporibus sicut in ligno viridi: et quod habet cum humore siccitatem z non est humor z siccitas in eo simul subiecta in parte vna: aut in his partibus quia vnum non est contrarium sibi. Quando etiam deprimes partes corporis z partem parti sequitur durities et post remanebit durum permanens de tali re dicitur q̄ sit filtratum.

Cōbustilia Et hec quidem vstibilia sunt: hec autē inustibilia velut lignū quidem vstibile: z lana: et os: lapis autem et glacies inustibile. Sunt autem vstibilia quecunq; habent poros susceptiōis ignis et humiditatem in his qui secundum directum poris debiliorem igne. Quecunq; autem non habent aut fortiozem velut glacies

etque valde viridia inustibilia. Exhalabilia autem sunt corporū Exhalabilia.
 quecunq; humiditatem habent quidem: sic autem habentz non
 euaporant ab ignitis seorsum. Est enim vapor que a calido vsti-
 uo in aerem z spiritum segregatio ex humido madefactiuo. Ex-
 halabilia autem tempore in aerem segregantur: et hec quidem
 disparentia sicca: hec autem terra fiunt. Differt autem hec segre-
 gatio quia neq; madefacit neq; spiritus fit. Est autem spiritus
 fluxus continuus aeris ad longitudinem. Exhalatio autem est q̄
 a calido vstiuo communis segregatio sicci et humidi aeris pro-
 pter quod quidem non madefacit sed colorat magis. Est autem
 que quidem lignei corporis exhalatio fumus. dico enim et ossa z
 pilos z omne quod tale in eodem: non enim iacet nomē commu-
 ne sed secundum analogiam tamen in eodem omnia sunt: sicut z
 Empedocles ait: hec pili z folia z auisuz plume spisse z squame Empedo-
cles.
 fiunt super solida membra. que autem pinguis exhalatio lignis Oleum.
 que autem vinctuosi kinsa propter quod oleuz non patitur ephe-
 sim: neq; ingrossatur quia exhalabile est sed non vaporabile:
 aqua autem non est exhalabilis sed vaporabilis. Vinum autem Vinum.
 quod quidem dulce exhalat: pingue enim. etenim eadem facit
 oleo: neq; enim a frigore coagulatur: viturq; est autem vinum
 nomine: opere autem non est: non enim vinosus humor propter
 quod non inebuat. Quodcunq; autem vinum paruas habet ex-
 halationem: propter quod emittit flammam. Vstibilia autem vi-
 dentur esse quecunq; in cinerem dissoluuntur corporum: patien-
 tur autem hec omnia quecunq; coagulata sunt: aut a calido: aut
 ab ambobus frigido z calido. hec enim videntur obtēra ab igne
 minime autem lapidum sigillum vocatus carbunculus. Vstibi flāmatis
lia
 lium hec quidem inflammabilia sunt: hec autem non inflāma-
 bilia: horum autem quedam carbonabilia. Sunt autem inflam-
 mabilia quecunq; nō humida entia exhalabilia sunt. Et pix aut
 aut oleū: aut cera: magis cum alijs q̄ p se sunt inflāmabilia: ma-
 xime aut quecūq; fumū emittunt. Carbonabilia autē quecunq;
 talium terre plus habent q̄ sumi. Adhuc autē quedā liquabilia Carboni-
tilia.
 entia nō inflāmabilia sunt velut es: z inflāmabilia nō liquabilia
 velut lignum: hec aut ambo velut thus. Causa autē q; ligna qdē
 p totū habēt humidū z p totū cōtinuū est vt perurat: es autē sec⁹
 vnāq; quāq; quidem ptē nō cōtinuū aut: z minus q̄ vt flamma fa-
 ciat. Thus autem hac quidem sic. hac autem illo mō habet. In-
 flammabilia autem sunt exhalabilium: quecunq; non liquabilia
 sunt propter magis esse terre. Siccū enim hz cōe igni: hoc igni
 calidum si fiat siccū igni fit propter hoc flāma spūs aut fumus
 ardens est. Lignorum quidem igitur exhalatio fum⁹. cere autē z
 thuris z talium z picis: z quecunq; habēt picem: aut talia lignis.
 Olei autem et: quecunq; oleaginica kinsa: et quecunq; minime

RR 2

Liber Quartus

ardent sola quia paucum siccū hñt: transitio autem p hoc cū alte
ro autem citissime: hoc. n. est qđ pingue siccū vinctuosum. Exha-
lantia quidem igitur humidorum humidū magis vt oleum z pix:
ardentia autem siccū. Cap. Decimum.



His autē passionib⁹ z hīs dñtis omiōmera corporū sicut
dictū est dñnt abiuicē fm tactū z adhuc sapoub⁹ z odo-
rib⁹ z colorib⁹. Dico autē omiōmera velut q̄ metallanē
es: aurū: argētū: stagnū: ferrū: lapidē z alia talia: z que
cunq; ex hīs fiant segregata: et que in animalibus z plantis ve-
lut carnes: ossa: neruus: pellis: viscera: pili: crines: vene: ex q̄bus
iam constant anomiōmera: puta facies: manus: pes: z alia talia
z et in plantis: lignum: cortex: folium: radix et quecunq; talia. qm̄
autem hec quidem ab alla causa existunt: ex quibus autem hec
materia quidem siccum z humidum: quare aqua z terra: hec em̄
euentissimam habent potentiam vtrumq; vtriusq;. Faciētia
autem calidum z frigidum: hoc enim constare faciunt z coagu-
lant ex illis. Accipiamus omiōmerorum qualia terre species: et
qualia aque et qualia communes. Sunt itaq; corporum condi-
torum hec quidem humida: hec autem mollia: hec autem dura.
Horum autem q̄cūq; dura aut mollia coagulatione dictum est
prius. Humidorum igitur quecūq; euaporāt aq̄. q̄cūq; autem
non aut terre: aut communia terre: z aq̄ velut lac: aut terre et ae-
ris velut lignum: aut aque z aeris velut oleum: et quecūq; q̄des
a calido coagulantur communia. Dubitabit itaq; aliq; de vino
humidorum: hoc enim et euaporabit vtiq; ingrossat sicut nouū.
Causa autem qz neq; in vna specie dī vini. z qz aliud afr. nouū
enim magis terre q̄ antiquum ppter qđ z ingrossatur maxime
calido et coagulatur minus a frigido. Habet enim et calidū mul-
tum et terre sicut quod in arcadia sic exsiccat a fumo in vtrib⁹
vt edectum coaguletur. Si autem omne fecem habet: sic virtus
que est aut terre aut aque: aut huius habet multitudinem.
¶ Et aliqua cōburunt igne z inflāmant vt lignū cāna: ossa: z la-
na: et silia corporū quoz euaporatīdes naturales non sunt p̄rie
igni z cremant: qz ignis admiscet cum illis: s; illa que sunt humi-
da et habent multos excessus in humore z cōdensant partes in
fine nō cōburunt nec inflāmant sicut gelu z sal z aurum z carbū
culus similia. Et aliqñ cōuertunt corpora humida in vaporē per
ignem qz vapor est res q̄ exit ex humore corporis per calorem
exteriorem ad aerem: z aliq; res terminantur z destruuntur et
conuertuntur sicca terrestria quando humor eius fit vapor: z all-
que res conuertuntur in vaporē z fumum in totum per ignem
sicut oleum et sibi simile. Quia euaporare est aeris inclusi ī cor-
pore a quo exit de profundo eius in quo submergebatur per ad-
mixtionem cum virtute illius corporis. Et dictum est qz corpus

combustibile est quod est potens conuerti in cinerem: et corpora que inspissantur et coagulantur per calorem et frigus illa comburuntur: et corpora condensata per calorem comburuntur vt ossa et similia. Sed corpora combustibilia que coagulantur per frigus sunt sicut lapis combustibilis qui comburitur et calefit et prius fuit lapis condensatus per frigus sicut faciunt omnes lapides excepto lapide qui vocatur carbunculus qui non comburitur. s. quia ignis in eo non operatur. Et omne corpus siccum in quocumque terrestres inflammatur igne et conuertitur in cineres: et sunt quedam corpora que liquefcunt per ignem et non inflammantur nec conuertuntur in cinerem sicut es et suum simile: et sunt quedam que inflammantur et conuertuntur in cinerem: vt lignum et suum simile: et sunt quedam que inflammantur per ignem et liquefcunt vt galbanum et thus et similia: et causa in inflammatione ligni et combustionem eius et in impotentia eius ad hoc est quia vincens in ligno est humidum in omnibus partibus suis mixtione profunda in continuitate: et ideo ignis inflammat in omnibus partibus suis. Sed in ere humor vincit in quibusdam partibus suis non continue in omnibus partibus suis: nec bene mixtum: et ideo non potest inflamari in toto: sed thus videtur simile erit in parte: quia liquat a ligno quia inflammat. ¶ Et postquam nos notificauimus predicta narratio completa: tunc dicamus quod de terra erunt corpora que vocantur omiomeria: aurum: et argentum: cuprum et plumbum: et lapides minerales. Sed ratio illa sicut habet ea que dicitur omiomeria: et dissimilia in partibus: et omiomeria membra sunt vt neruus et vena et sicut et dissimilia: et non homogenea vt pes et manus et caput et similia membra composita ex similibus. Et in arboribus sunt partes consimiles: similiter sicut lignum et folium: et cortex: et fructus: et radix: ista componuntur ex materia humida et sicca aque et terre: sed calor et frigus sunt operantia: et cum istis est substantia sua et essentia: et dicamus que sunt species create de terra: et que compositae sunt de terra et alijs similibus. Et dicamus quod aliqua corpora sunt creata humida: et aliqua dura: et aliqua lenia. et iam predictimus que sunt humida: et que sunt lenia: et que dura. Et corpora que dissoluuntur et ascendunt in vaporem sunt composita ex aqua id est in eis vincit aqua: et que sunt perseverantia et conuertuntur taliter sunt composita etiam ex terra: et compositum ex materia et aqua et lac et compositum ex terra et aere sicut lignum. Sed corpora que dissoluuntur secundum partem in vaporem et secundum partem perseverant sunt tria composita ex terra et aqua: et lac et suum simile: et corpus compositum ex terra et aere vt lignum et canna: et corpora composita ex aqua et aere sunt sicut oleum. Et iam potest quis querere de vino: quia videmus mustum inspissari et igrossari. Et dicamus quod illud

Liber Quartus

quod vincit in musto est terrestreitas et calor: et inspissatur per calorem, et ingrossatur cum siccitate partium.

48 **Uinum.** Non dixit nisi vinum quod est in loco vcarie: nam illud desiccatur in vase suis per fumum: et quando deberet bibi extrahitur per incisionem: et dicitur. **¶** Quae pace quod de musto signum ut vincat in eo terrestreitas est quod accidit in vinea in loco vcarie: et omne vinum in quo est nigredo spissa et turbiditas vincit in eo terrestreitas et aqueitas et forte vincit alterum eorum: et est dicere aqueitatem vincentem solam sicut in vino veteri: aut solas terrestreitates sicut vinum quod predictum est quod inuenitur in loco vcarie.

¶ Quaecumque autem a frigido ingrossantur terre. Quaecumque autem ab ambobus contra plurimum: velut oleum et mel et dulce vinum.

¶ Et omnes res corporales que congelantur per frigus. scilicet. consilium partium vincit in eis terrestreitas.

49 **¶** Et sunt vna species terre: et vnus modus modorum eius est sicut omnes res que condensantur per calorem que habent excessum in siccitate et duritie sunt similiter de substantia terre et modorum eius: sicut testa: et gipsum: et sal.

¶ Constitutorum autem quaecumque coagulata sunt a frigido aque: velut glacies: nix: grado: pruina. Quaecumque autem calido terre: velut later

50 **¶** caseus nitrum sales. Quaecumque autem ab ambobus: talia autem sunt quaecumque in frigidatione. hec autem sunt quaecumque amborum priuatione et calidi et humidi simul egredientis cum calido. Sales qui

deum humidi solius priuatione coagulantur: et quaecumque sincera terre: glacies autem calidi solius: hoc autem amborum: propter quod et ambobus

habent ambo. Quoru[m]cumque quidem igitur totum exsudauit velut later: aut electrum. et enim ut electrum et quaecumque dicuntur lachryme in frigidatione sunt: velut myrrha thus gummi: et electrum aut videtur huius generis et coagulatur: intercepta enim in ipso aialia videntur.

¶ Et omnes res que congelantur per frigus aque que inueniuntur in illis sunt de modis aque et suarum specierum: sicut gelu et grado et nix: et aliqua condensantur cum calore et frigore. et sunt res compositae simul ex

aqua et terra: sicut oleum et mel: et vinum dulce. Et omnes res que sunt de substantia gummosa sunt de rebus congelatis per frigus: sicut thus: gummi arabicum: et kakabrie: et similia et testa inspissantur per calorem et congelantur per frigus kakabrie est inuentum super animal notum.

50 **¶** Et hoc quia appropinquit se istud aial arbori kakabrie: et adhesit ei: et hoc quod facit inspissari kakabrie est calor qui exiit de flumine: et kakabrie est in arboribus riparum eius.

¶ A fumo autem calidum existens velut cocti mellis cum in aqua dimiseris euaporat humidum: hec omnia terre: et hec quidem illiqua bilia et immollificabilia: velut electrum: et ut lapides quidam: velut porci qui in speluncis: etenim hi similiter sunt hiis: et non velut ab igne: sed ut a frigido exeunte calido coegreditur humidum ab ipso exeunte calido: in alijs autem ab extrinseco igne. Quaecumque autem non tota terre sunt: quidem magis: mollificabilia autem velut

ferrum et cornua. Thus autem et talia similiter lignis vaporant.

¶ Et quoniam projicitur in aquam illam ascendit de eo fumus.

¶ Et hoc dixit Aristoteles. et Avicenna quod si cadit kakabie in aquam fumat: et omne quod est humidum est de modis terre magis et lapis congelatus per frigus non per calorem dissolvitur et non frangitur.

¶ Quoniam igitur liquabilia ponendum: et quaecumque liquefiunt ab igne hec sunt aquosiora. Quaedam autem et communia velut cera: quaecumque autem ab aqua hec terre: quaecumque autem neque ab altero: hec autem terre: aut amborum. Si igitur omnia quidem aut humida aut coagulata: horum autem in dictis passionibus et non est intermedium. omnes utique erunt dicte quibus discernemus vitrum terre: aut aque: aut plurimum commune: et vitrum ab igne constat et aut frigidum: aut ambobus. Aurum itaque quidem et argentum et es et stannum et plumbum et vitrum: et lapides multi innominati aque. omnia enim hec liquefiunt calido. Adhuc vitina quedam et vitina et acerum et lictivum et serum et liquor aque: omnia enim coagulantur frigido. Ferrum autem et cornu et ungula et os et nerus et lignum et pilli et folia et cortex terre magis. Adhuc electrum myrrha thus et omnia dicte lachryme et porus et fructus velut legumina: et frumentum que talia: hec quidem valde hec autem minus horum attinent terre. Hec enim mollescibilia: hec autem exhalabilia et infrigidatione facta adhuc nitrum sales lapidum genera quocumque neque infrigidatione neque coagulabilia. Sanguis autem et genitura communia terre et aque et aeris. Sanguis quidem habet vias magis terre propter quod frigore coagulatur et humido liquefit: non habens autem vias aque: propter quod et non coagulatur: genitura autem coagulatur infrigidatione exeunte humido cum calido. Qualia autem calida aut frigida coagulatorum aut frigidorum humidorum ex dictis oportet considerare: quaecumque quidem igitur aque ut ad multum frigida si non alienam habeant caliditatem velut lictivum vitina vitum.

¶ Et omnia que liquefiunt per ignem vincit in eis aqua. Et aliud componitur ex duobus elementis materialiter sicut cera et suum simile. Et in aliquibus vincit terra et aqua et corporum passionibus universialiter ostenduntur per complexionem vincentem: sicut aurum et argentum et es et plumbum et stannum et vitrum et similia: et in istis vincit aqua. Et signum huius victorie est quod dissolvuntur per calorem: sed vitum et vitina et serum sunt de natura aque. et signum huius est: quia inspissantur per frigus. Sed ferrum et cornu et ossa et ungule et canne et ligna et pilli et cortices arborum et folia in eis vincit terra. Sed kakabie et myrrha et thus et omnia gummi et fructus et grana vincit in quibusdam eorum terra: et aliquando induratur aliqua ista per frigus. Sed sanguis et

Liber Quartus

sperma sunt ambo pposita ex terra ⁊ aere ⁊ aqua. Et sanguis rubicūd⁹ intēsus ⁊ spūsus vincit in eo terrefireitas: ⁊ signū hui⁹ est q: nō arefcit p frigus ⁊ dissoluit per humorē. Et coagulā per frigus: ⁊ sperma exsiccat p frigus. Sed sanguis clarus q nō est multum rubicūdus vincēs in ipso est aqua. Et signum hui⁹ est: quia arefcit p frigus: sed sperma desiccā per frigus: qm̄ recedit ab eo calor propter humorē qui est in ipso.

52 Et per predictas causas pōt quis scire elementū passiuū qd est vincēs. Sed res in quibus vincit calor ⁊ in quibus vincit frigus scitum est per res que faciūt eas inspissari ⁊ indurari. Et scitur p naturā natura vincens. nam res cōposite ex aqua sunt frigide: nisi euenerit eis calor extraneus extra naturam suam: sicut calor qui est in vrina ⁊ in vino.

Capitulum vñdecimū.



Quicūq; autē terre vt ad multum calida propter calidi operationē vt calx ⁊ cinis. Sportet autē accipere fm̄ materiam quedam frigidissima esse quoniā em̄ siccū ⁊ humidū materia: hec enim passiuā: horum autē corpora maxime terre ⁊ aqua sunt: hec enim frigiditate determinata sunt: palam q oīa corpora quecūq; vtriusq; simpliciter elementi frigida magis sunt: si non habeant alienam caliditatem: velut seruens aqua: aut que per cinerem colata. Etenim hec habet eam q ex cinere caliditatem. In oībus enim ignitis est caliditas aut amplior aut minor: propter qd ⁊ in putrefactis animalia innascuntur. Inest enim caliditas que corrumpit propriā vniuscuiusq; caliditatē: quecūq; autem cōia habent caliditatē. Constant enim plurima a caliditate que digressit: quedam enim putrefactiōes sunt velut syntegmata. Quare habētia quidē secūdam naturam calida ⁊ sanguis ⁊ genitura ⁊ medulla ⁊ lac ⁊ omnia talia. Corrupta autē ⁊ egredientia a natura non adhuc: relinquitur enim materia terra existēs aut aqua: propter quod ambo videntur quibusdam. Et hī quidem frigida hī autem calida hec autem esse videntes cum quidem in natura fuerint calida: cum autem separata fuerint: coagulata. Hec quidem igitur sic totaliter vt determinatum est. In quibus quidem materia aque secundū plurimum frigida: opponitur enim hec maxime igni in quibus autem terre aut aeris calidiora. Accidit autem aliquando hec fieri frigidissima ⁊ calidissima aliena caliditate. Quecūq; enim maxime coagulata sunt ⁊ solidiora sunt hec frigida maxime si pūnentur caliditate ⁊ ardent maxime si igniantur: velut aqua ⁊ fumo: ⁊ lapis aqua vit magis.

Sed omnes res terrestres calide operatur calor in eis vt est calx: ⁊ cinis. Sed materia rerum que sunt calide per calorem extraneum est frigida: quia componitur ex aqua ⁊ terra. Et indu

rescunt per frigus corpora composita ex aqua ⁊ terra: et corpora composita ex aqua ⁊ terra sunt frigida in veritate: nisi obulet eis calor extraneus vt extret a sua natura: sicut res que calefacit per ignem: aut sicut aqua que exit ex cinere habet calorem extraneuz: et vniuersaliter color extraneus coniungitur et continuatur cum omni calefacto: aut aqua: ⁊ res que cito putrescunt sunt frigide: sicut res in quibus nascuntur vermes: ⁊ hoc est propter amissionem caloris naturalis per calorem extraneum: ⁊ hoc est ppter defectum eius. s. naturalis.

¶ Et quia dixit Aristo. causam putrefactionis q̄ est ex victoria frigoris ap- 53
paret Alexā. q̄ nō potest inuenire. facere animal: ⁊ hoc est quia putrefactio s̄m Arist. est cum victoria caloris extranei aut propter remissionem caloris naturalis super quem vincit calor extraneus: ⁊ omnes res que congelantur aut indurantur multum sunt frigide.

¶ Capitulū. duodecimū.



¶ Noniam autem de his determinatum est s̄m vnū^o quod q̄. dicamus quid caro aut os aut alioꝝ omio-
merum: habemus enim ex quibus q̄ omio-
mera natura constituit genera ipsorum: cuius generis vnū^o quodq̄ per generationem. Ex elementis quidē em
omio-
mera ex his autē vt materia omnia opera nature. Sunt au-
tem omnia vt quidem ex materia ex dictis: vt autem s̄m substan-
tiam ratione. Semper autem magis palam in posterioribus et to-
taliter quecunq̄ velut organa. et gratia huius: magis enim palā
q̄ qui mortuus homo equiuoce. Sic igitur ⁊ manus mortui equi-
uoce: quēadmodum ⁊ si fistule lapidee dicātur. velut enim et hec
organā quedam videntur esse minus aut in carne ⁊ osse talia ma-
nifesta: adhuc autem in igne ⁊ aqua minus: q̄ enim culus gratia
minime hoc palam vbi plurimū materie: sicut enim ⁊ si extranea
accipiantur materia quidem nihil aliud p̄ter ipsam. Substan-
tia autem nihil aliud q̄ ratio: intermedia autem p̄portionaliter:
eo q̄ p̄pe sit vnūquodq̄: quoniā ⁊ hoꝝ quodcūq̄ est gratia huius:
⁊ non omnib⁹ modis habens aqua aut ignis sicut neq̄ caro neq̄
viscera: his autem adhuc magis facies ⁊ manus: omnia autē ter-
minata sunt opere. Que quidem enī possunt facere ipsoꝝ opus
vere sunt vnūquodq̄ puta oculos si videt: qui autem non potest
videre equiuoce: puta mortuus aut lapideus: neq̄ enī serra que
ligna nisi vt imago. sic igitur ⁊ caro: sed opus ipsius minus palā
q̄ q̄ lignee: similiter autem ignis. Sed adhuc forte minus mani-
festum naturaliter q̄ carnis opus. Similiter autem ⁊ que in plā-
tis: ⁊ inanimata velut es ⁊ argentum. oīa enim potentia quadam
sunt aut faciendi aut patendi sicut caro ⁊ neruus sed rōnes ipso-
rum non certe. Quare quando existunt ⁊ quando non: non facile
perspicere nisi valde deperditum fuerit ⁊ figure sole sunt relique.

Liber Quartus

velut antiquorum mortuorum corpora subito cinis fiunt in sepulchris et fructus solum figura. secundum sensum autem non videntur inueterari valde et ex lacte coagulata. Tales igitur partes caliditate et frigiditate et motibus ab his contingit fieri coagulatas calido et frigido. dico autem quaecumque omniomera: velut carnem os pilos et nervos: et quaecumque talia. Omnia enim differunt prius dictis differentijs: tensione: tractatione: comminatione: duricie: mollitie: et alijs talibus. hoc autem a calido et frigido a motibus sunt mixtis constituta autem ab his que anomiomera nullo adhuc usque vis debentur velut caput: aut manus: aut pes: sed sicut et siedi es quidem aut argentum causa caliditas et frigiditas et motus: siendi aut ferram: aut phisalam: aut arcam: non adhuc: sed hec quidem ars: ibi a utez natura vel alia aliqua causa. Si igitur habemus cutis generis unumquodque omniomero: unum accipiendi secundum unumquodque quid est: puta quid sanguis aut caro: aut sperma: aut aliorum unumquodque. sic enim scimus unumquodque propter quid et quid est si naturam aut rationem habeamus maxime autem cum ambo generationis et corruptionis et unde principium motus. **C**onmanifestatis autem his: similiter omniomera considerandum. et tandem ex his constituta velut hominem et plantam et alia talia.

Et postquam rememorauimus que sunt iste res iam est scitum de illis omne genus cuiuslibet membri consimilium partium: sicut ossa et caro: et hoc est quia manifestum est in quolibet predictorum quod ipsa sunt composita ex elementis: et quod elementorum illorum vincit super ipsum. Sed membra organica composita sunt ex consimilibus partibus: et membra consimiliarum organica non recedit ab eis hoc nomen quousque mortuus fuerit homo: aut animal cuius fuerint membra: et quando fuerit mortuus habebit nomen hominis et concomitantiam: et vocabuntur membra sua non nominibus proprijs per similitudinem in nomine: ut manus et pes. Et hoc est quia ratio pedis hominis mortui non dicitur plus de pede suo quam de pede dolati ex lapide: et hoc. scilicet est per figuram solam: et causa huius est quia omne inuentum inuenitur propter operationem suam: quia res que apparet de opere elementorum in carne est modica secundum quod apparet de opere illorum in genere et aere et aqua et terra. Sed opus quod apparet in cupio est alia res preter opus elementorum. et propter hoc quanto magis completior est materia: tanto minus apparet opus elementorum in ea. et etiam quanto magis completior est: tanto habet aliam passionem ex operatione vel effectu: et quanto minus completa fuerit: tanto apparet in ea magis effectum et operationem elementorum esse quo ad sensum: et membris non conuenit nomen nisi propter operationes manifestas que sunt in illis: que non sunt de operationibus elementorum: et tunc non

appellantur membra fm veritatem nominibus suis: nisi quādiu
 faciunt operationes naturales que proportionantur ad ipsa: non
 ad elementa ⁊ quando deficiunt opera ppter mortem: non remanent
 in illis nisi opera elementoz: ⁊ illa sunt opera que conueniūt
 lapidibus: ⁊ tunc ppter hoc erit nomen dictum de eis per simili-
 tudinem: ⁊ non erit differentia inter manum mortui ⁊ manum do-
 laram ex lapide: quia vtraq; habet eandem figuram: ⁊ idē opus. s.
 descendere: ⁊ differentie membrorū consimilium quibus diuersan-
 tur sunt per caliditatem ⁊ siccitatem: ⁊ humorem ⁊ frigus: ⁊ mo-
 dos receptionum passionum diuersarum: ⁊ ista etiam diuersantur
 ppter has differentias: ⁊ materia in eis est vna: sed membra orga-
 nica sue differentie sunt fm operationes: ⁊ ppter hoc habent no-
 mina diuersa a nominibus membrorū cōsimilium. Et cause gene-
 rationis partiū cōsimilium q̄ sunt ptes aīalū: ⁊ cōsimilium q̄ exeūt de
 terra sunt in genere vno ⁊ hoc est calor ⁊ frigus ⁊ siccum ⁊ humi-
 dum ⁊ natura operās. Res autem artificiales facte ex istis ⁊ ope-
 rate artificialiter cause earum materiales sunt vna: sed operās di-
 uersatur. ⁊ hoc est quia in illis supradictis est natura operans: et
 in istis artificialib⁹ est ars. ¶ Postq̄ compleuimus notificare ge-
 nus cuiuslibet modi partium cōsimilium: ⁊ fecimus scire quis fue-
 rit ille modus: sicut est sanguis ⁊ caro ⁊ sua similia: et alia huius-
 modi: ⁊ propter quid est ille modus: ⁊ quomodo est: narrabimus
 si deus voluerit in quolibet istoz modoz quo modo generatur: et
 quo modo est vnū. ⁊ est vnde principiū motus in quolibet istoz: ⁊
 quousq; est finis eius: ⁊ post querem⁹ res generatas ex istis sicut
 homo ⁊ vegetabile ⁊ similia eoz de rebus alijs generatis.
 ¶ Hec est. perscrutabimur in tribus libris ista vltimo dicta. s. in lib. de mine-
 ris: ⁊ in lib. de vegetabilibus: ⁊ in lib. de animalibus: et hoc qd̄ adhuc ei re-
 mansit de quolibet consimilium partium est vt dicat qualitatem generatio-
 nis sue in eo qd̄ est ei proprium. 54

¶ Summi philosophi Aristo. Stragyrite peripatheticorū principis: cum
 Aueroys cordubensis expositionibus Meteozorum opus: cum noua tra-
 ductione in quartum ⁊ vltimum preiecti voluminis feliciter explicit.

¶ Lugduni impressum per solertem virum Jacobum Myr. Sumptibus au-
 tem honestorum dominorum Scipionis de Sabiano: ⁊ fratrum. Anno vir-
 ginei partus. M. D. xxx. die. xxij. Aprilis.

¶ Registrum.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK Omnes sunt quarterni pre-
 ter KK qui est ternus.

